


Notitia dignitatum

Otto Seeck

NOTITIA DIGNITATUM.

NOTITIA DIGNITATUM

ACCEDUNT

NOTITIA URBIS CONSTANTINOPOLITANAE

ET

LATERCULI PROUINCIARUM

EDIDIT

OTTO SEECK.

BEROLINI
APUD WEIDMANNOS
MDCCCLXXVI.

THEODORO MOMMSEN

GRATO ANIMO

D. D. D.

INDEX RERUM.

PRAEFATIO.

Res critica librorum prope omnium, quos hoc volumine conprehendimus, aut tota aut magna ex parte nititur uno codice manu scripto, qui Spirae quondam adseruatus post medium s. XVI periit. Sed quoniam apographa eius quattuor extant, quae omnia ea cum cura facta sunt, ut etiam in minimis rebus conspirent, non est cur iacturam magnopere doleamus. De omnibus enim libri primarii scripturis, quin etiam de diuisione eius in paginas et columnas aeque constat ac si ipse maneret, atque adeo picturae eius felici quodam casu propemodum integrae ad nos peruenerunt. Et quod eis saeculis, quibus apographa illa confecta sunt, fieri solebat, uidelicet ut in antiqui exemplaris picturis describendis res ipsae quidem redderentur, sed adhiberetur nouella pingendi ratio et supellex, aedificia, similia in eas formas mutarentur, quae miniatoris aetate in usu essent, id in nostris quoque codicibus factum est; sed cum Othonem Henricum comitem Palatinum in eo exemplari, quod a clericis Spirensibus dono acceperat, picturarum immutatio offenderet, alterum earum exemplum confectum est, quod formas codicis primarii quam accuratissime redderet et libro priori adnexum principis desiderio sufficeret. Qui liber duplici picturarum serie adornatus adhuc in bibliotheca Monacensi adseruatur[1]). Itaque de omnibus codicis Spirensis partibus plenum et certum iudicium ferri potest.

Quo in libro scribendo cum librarius *a* littera aperta interdum usus esset, saeculo undecimo recentior non fuit, neque tamen ante medium saeculum nonum compositus,

1) u. Zur Kritik der N. D. Hermae t. IX p. 218.

utpote qui Dicuili librum a. 825 absolutum contineret. Qua re etiam hoc docemur libellos illos diuersissimos, qui in codice Spirensi extabant, aut tum demum in corpus unum redactos esse, cum ipse conscribebatur, aut non ita multo ante. Itaque singula, quippe quae ex fontibus diuersis manauerint, plane diuersa ratione tradita esse possunt, id quod re uera factum est. Erant autem omnia haec:

1. Picturae eae, quas Böckingius in primis editionis suae foliis describendas curauit.

2. *Aethicus.*

3. *Itinerarium Antonini*, cuius uersus primi usque ad uerba »*rationem quod mercurius*« aut rubricatoris neglegentia omissi erant aut saeculo XV ita euanuerant, ut legi iam non possent[1]).

4. *Septem montes urbis Romae.*

5. *Dicuil*[2]).

6. *Notitia Galliarum.*

7. *Laterculus Polemii Siluii.*

8. *De montibus, portis et uiis urbis Romae.*

9. *De rebus bellicis.* Impressus est in editionibus Notitiae Dignitatum *Basil. 1552; Lugd. 1608 append. p. 201; Geneu. 1623 append. p. 25; Paris. 1651 p. 164.*

10. *Disputatio Hadriani Augusti et Epicteti philosophi;* impressa in *Not. Dign. ed. Basil. 1552; Paris. 1651 p. 190.*

11. *Notitia urbis Romae* cum inscriptione hac: »*Urbs quae aliquando desolata nunc clariosior* (sic) *piissimo imperio restaurata.*«

12. *Notitia urbis Constantinopolitanae.*

13. *De gradibus cognationum;* impressus in *Corp. Iur. anteiust. ed. Böcking. p. 173; Iurisprudentia anteiustin. ed. Huschke p. 386.*

14. *Notitia Dignitatum.*

Partes 9—14 omnes picturis ornatae erant.

Librarius in codice Spirensi scribendo satis diligenter uersatus est, nam et litterae eius tam planae et expressae erant, ut ei qui postea codicem descripserunt, nisi locis quibusdam euanidis et carie corruptis in litterarum formis uix unquam haesisse uideantur, et corruptelas, quae ex

1) In edit. Parthey et Pinder genuinas codicis Spir. lectiones exhibent *TUV*; *OQ* e codice alio correcti sunt.

2) *V* in edit. Parthey, *B* in edit. Letronne e cod. Spirensi fluxerunt.

neglegentia scriptoris ortae sint, in eo haud ita multas inuenies. Sed cum opuscula geographica in codice Dresdensi 182 et notitiae urbium in codice Uindobonensi 162 ita legantur, ut dubitari nequeat quin ex eodem e quo Spirensis fonte fluxerint, his collatis librarius ille non nunquam interpolationis arguendus est[1]; quae latius fortasse serpsisset, nisi librorum omnium, quos codex continebat, ea ratio esset, quae rarissime tantum ingenio proprio indulgere permitteret. Itaque interpolationes illae nec multae nec fere maioris momenti sunt, si modo opuscula singula, quae librarius in corpus unum contulit, exemplis satis emendatis ad eum peruenerint. Ad haec ipsa ergo tota quaestio transferenda est, ac primum quidem de Notitia Dignitatum dicturi sumus, quae nisi in codice Spirensi nusquam traditur.

Liber[2] primarius, qui Not. Dignitatum solam continebat, constabat quaternionibus tredecim, quibus senio unus adiectus erat. Librarius in fine cuiusque dignitatis gradus, excepto clarissimatu, qui cum uno tantum folio contineretur, perfectissimatum sine diuisione praecessit, paginas singulas uacuas reliquerat; item tres inter notitias Orientis et Occidentis postque indicem utrumque conscriptae non fuerunt. Folium primum utrum uacuum an, quod magis placet, picturis ornatum fuerit, cum exciderit, definiri nequit. Paginae scripturae destinatae bipertitae erant, singulaeque columnae constabant uersibus uigenis senis, ita ut paginae totae uersuum quinquagenorum binorum capaces essent, quamuis interdum non plures quam binos uel ternos continerent. Nam spatiis eis, quae capitibus absolutis uacua remanserant, neque ad scribendum unquam neque ad pingendum librarius usus est, sed unum quodque caput incipiebat paginam neque minus duas complebat. Tabulis enim insignium scriptura nulla subiecta erat, etiamsi spatium abunde sufficiebat, et tam pictura quam contextus paginam suam tenebant. Atque inscriptiones capitum, quibus insignia

1) *Itin. Ant. p.* 527 genuina lectio: *Ortyx*, Dresd.: *Ortux* Spir.: *Ortigia; Not. urb. Rom. reg. VI 6; 7* Vind.: *Statuam Mamuri, Templum dei Quirini;* Spir.: *Statuam mamuritam plumbeam dei Quirini; Not. urb. Const. II 11* addidit librarius Spir.: *Regio I continet;* VI 18 addidit: *habet;* IX 8: addidit: *ad.*

2) Omnia quae de codice archetypo dicturus sum, in libello *Quaestiones de Not. Dign. (Berol. 1872)* inscripto iam exposui; perpauca tantum re melius considerata h. l. a me immutata sunt.

nulla apposita erant (Or. I; Oc. I; VII; XLII) tanto splendore pictor confecerat, ut paginam dimidiam uel maius etiam spatium implerent. Commata eadem fere in codice fuerunt, quae in editione nostra fecimus, sed cum librarius ferme uteretur compendiis sollemnibus ut *praef.*, *com.*, *pp.*, *leg.*, *coh.*, *aug.*, notasque numerorum adhiberet, uersus multo breuiores euaserant. Praeter compendia illa, quae aut punctis aut uirgulis distincta fuisse crediderim, uerba quae commata singula efficiebant continuata erant, ita ut librarii archetypum describentes in diuisione uerborum saepissime peccarent. Perierunt foliorum paria quattuor, suo loco mota sunt paria duo; praeterea paginae nonnullae, quas librarius ad insignia accipienda praetermiserat, pictoris incuria uacuae remanserunt.

Omnia, quae de forma codicis archetypi exposuimus, imprimis foliorum deperditorum et transpositorum ratione stare, uix est quod dicamus; et quia praeterea summi momenti est, utrum capita ea, quae in indicibus promittuntur, in ipso libro non inueniuntur, casu aliquo exciderint an nunquam in codice archetypo fuerint, discriptionem quaternionum et foliorum integram proponam. Et numerum commatum quidem ita posui, ut neque lacunas neque dittographias in archetypo fuisse sumerem; quare dubitari nequit, quin hac ex parte permulta dubia maneant, quae tamen summae rei nusquam officiunt.

QUATERNIO I.

fol. 1 aut uacuum aut picturis ornatum.
fol. 2 } praeter inscriptionem summo splendore pi-
fol. 3 } ctam indicem commatum 127 (10? + 52 + 52 + 13?) continebat.
fol. 4a uacua relicta.
b } insignibus praefecti praetorio Orientis de-
fol. 5a } stinatae erant, quae pictoris uitio omissa sunt.
b }
fol. 6a } Or. II commatum 72.
b }
fol. 7a } insignia praefecti praetorio per Illyricum.
b Or. III commatum 30.
fol. 8a insignia praefecti urbis Constantinopolitanae.
b Or. IV.

perierunt.

QUATERNIO II.

fol. 9 insignia magistri militum praesentalis I.
fol. 10 Or. V commatum 50.
fol. 11 insignia magistri militum praesentalis II.
fol. 12 Or. VI commatum 51.
fol. 13 insignia magistri militum per Orientem.
fol. 14a Or. VII comm. 46.
b } insignia magistri militum per Thracias.
fol. 15a }
b Or. VIII comm. 40.
fol. 16 insignia magistri militum per Illyricum.

QUATERNIO III.

fol. 17a Or. IX comm. 41.
b insignibus praepositi sacri cubiculi destinata erat, quae pictoris uitio omissa sunt.
fol. 18a Or. X comm. 2.
b insignia magistri officiorum.
fol. 19 Or. XI comm. 50.
fol. 20a insignia quaestoris.
b Or. XII comm. 4.
fol. 21a insignia comitis sacrarum largitionum.
b Or. XIII comm. 32.
fol. 22a insignia comitis rerum priuatarum.
b Or. XIV comm. 14.
fol. 23a insignia comitum domesticorum.
b Or. XV comm. 6.
fol. 24a uacua relicta ad indicandum finem illustrium dignitatum.
b insignia castrensis.

QUATERNIO IV.

fol. 25a Or. XVII comm. 10.
b insignia primicerii notariorum.
fol. 26a Or. XVIII comm. 4.
b insignia magistrorum scriniorum.
fol. 27a Or. XIX comm. 9.
b insignia proconsulis Asiae.
fol. 28a Or. XX comm. 15.
b insignia proconsulis Achaiae.

fol. 29a Or. XXI comm. 13.
b insignia comitis Orientis.
fol. 30a Or. XXII comm. 27.
b insignia praefecti Augustalis.
fol. 31a Or. XXIII comm. 17.
b uacua relicta ad indicandum finem proconsularium dignitatum; u. C. Th. VI 22, 7.
fol. 32a insignia uicarii Asianae.
b Or. XXIV comm. 19.

QUATERNIO V.

fol. 33a insignia uicarii Ponticae.
b Or. XXV comm. 22.
fol. 34a insignia uicarii Thraciarum.
b Or. XXVI comm. 17.
fol. 35a insignia uicarii Macedoniae. }
b Or. XXVII. } perierunt.
fol. 36a insignia comitis Aegypti.
b Or. XXVIII comm. 42.
fol. 37a insignia comitis Isauriae.
b Or. XXIX comm. 13.
fol. 38a insignia ducis Libyarum.
b }
fol. 39a } Or. XXX supersunt comm. 6.
b insignia ducis Thebaidos.
fol. 40 Or. XXXI comm. 54.

QUATERNIO VI.

fol. 41a insignia ducis Phoenices.
b Or. XXXII comm. 36.
fol. 42a insignia ducis Syriae.
b Or. XXXIII comm. 29.
fol. 43a insignia ducis Palaestinae. }
b Or. XXXIV comm. 40. }
fol. 44a insignia ducis Osrhoenae.
b Or. XXXV comm. 29.
fol. 45a insignia ducis Mesopotamiae.
b Or XXXVI comm. 27.
fol. 46a insignia ducis Arabiae. }
b Or. XXXVII comm. 40 } eiecta et inter quaterniones V et VI inserta sunt.
fol. 47a insignia ducis Armeniae.
b Or. XXXVIII comm. 37.
fol. 48a insignia ducis Scythiae.
b Or. XXXIX comm. 33.

QUATERNIO VII.

fol. 49a insignia ducis Moesiae secundae.
b }
fol. 50a } Or. XL comm. 41.
b insignia ducis Moesiae primae.
fol. 51a Or. XLI comm. 37.
b insignia ducis Daciae ripensis.
fol. 52 Or XLII comm. 40.
fol. 53a uacua relicta ad indicandum finem spectabilium dignitatum.
b insignia consularis Palaestinae.
fol. 54a Or. XLIII comm. 12.
b insignia praesidis Thebaidos.
fol. 55a Or. XLIV comm. 12.
b }
fol. 56a } Or. XLV.
b uacua relicta.

QUATERNIO VIII.

fol. 57 }
fol. 58 } Oc. I comm. 120 (10? + 52 + 52 + 6?) praeter inscriptionem.
fol. 59a uacua relicta.
b }
fol. 60a } insignia praefecti praetorio Italiae.
b }
fol. 61a } Oc. II comm. 51.
b librarii uitio una tantum pagina insignibus praefecti praetorio Galliarum accipiendis relicta erat; quae cum eis non sufficeret, uacua remansit.
fol. 62a Oc. III comm. 50.
b insignia praefecti urbis Romae.
fol. 63a Oc. IV comm. 32.
b }
fol. 64 } insignia magistri peditum.

QUATERNIO IX.

fol. 65 }
fol. 66a } insignia magistri peditum.
b }
fol. 67 }
fol. 68a } Oc. V comm. 157 (51 + 52 + 51 + 3).

b } insignia magistri equitum.
fol. 69a
b } Oc. VI comm. 53.
fol. 70a
b } Oc. VII comm. 208 (14? + 50 + 50 + 48 + 46?) praeter inscriptionem.
fol. 71
fol. 72

QUATERNIO X.

fol. 73a insignia praepositi sacri cubiculi
b Oc. VIII.
fol. 74a insignia magistri officiorum.
b Oc. IX comm. 44.
fol. 75a insignia quaestoris.
b Oc. X comm. 4.
fol. 76a insignia comitis sacrarum largitionum.
b } Oc. XI comm. 97.
fol. 77
fol. 78a insignia comitis rerum priuatarum.
b Oc. XII comm. 35.
fol. 79a insignia comitum domesticorum.
b Oc. XIII comm. 4.
fol. 80a uacua relicta ad indicandum finem illustrium dignitatum.
b insignia primicerii sacri cubiculi.

(fol. 73a – fol. 80b: perierunt.)

QUATERNIO XI.

fol. 81a Oc. XIV comm. 1.
b insignia castrensis.
fol. 82a Oc. XV comm. 10.
b insignia primicerii notariorum.
fol. 83a Oc. XVI comm. 3.
b insignia magistrorum scriniorum.
fol. 84a Oc. XVII comm. 3.
b insignia proconsulis Africae.
fol. 85a Oc. XVIII comm. 13.
b uacua relicta ad indicandum finem proconsularium dignitatum.
fol. 86a insignibus uicarii urbis destinata, quae pictoris uitio omissa sunt.
b Oc. XIX comm. 25.
fol. 87a insignia uicarii Africae.
b Oc. XX comm. 19.

fol. 88a insignia uicarii Hispaniarum.
b Or. XXI comm. 21.

QUATERNIO XII.

fol. 89a insignia uicarii Septem prouinciarum.
b Oc. XXII comm. 31.
fol. 90a insignia uicarii Britanniarum.
b Oc. XXIII comm. 19.
fol. 91a insignia comitis Italiae.
b Oc. XXIV comm. 2.
fol. 92a insignia comitis Africae.
b Oc. XXV comm. 28.
fol. 93a insignia comitis Tingitaniae.
b Oc. XXVI comm. 20.
fol. 94a insignia comitis Argentoratensis.
b Oc. XXVII comm. 2.
fol. 95a insignia comitis litoris Saxonici.
b Oc. XXVIII comm. 20.
fol. 96a insignia comitis Britanniarum.
b Oc. XXIX comm. 11.

(fol. 91–94: eiecta et inter quaterniones XII et XIII inserta sunt.)

QUATERNIO XIII.

fol. 97a insignia ducis Mauretaniae.
b Oc. XXX comm. 19.
fol. 98a insignia ducis Tripolitanae.
b Oc. XXXI comm. 25.
fol. 99a insignia ducis Pannoniae secundae.
b / fol. 100a } Oc. XXXII comm. 48.
b insignia ducis Ualeriae.
fol. 101 Oc. XXXIII comm. 52.
fol. 102a insignia ducis Pannoniae primae.
b / fol. 103a } Oc. XXXIV comm. 43.
b insignia ducis Raetiarum.
fol. 104 Oc. XXXV comm. 31.

SENIO.

fol. 105a insignia ducis Sequanicae.
b Oc. XXXVI comm. 11.
fol. 106a insignia ducis tractus Armoricani.
b Oc. XXXVII comm. 26.
fol. 107a insignia ducis Belgicae secundae.
b Oc. XXXVIII comm. 13.
fol. 108a insignia ducis Germaniae primae.
b Oc. XXXIX.
fol. 109a insignia ducis Britanniarum.
b, fol. 110a Oc. XL comm. 49.
b insignia ducis Magontiacensis.
fol. 111a Oc. XLI comm. 21.
b, fol. 112, fol. 113a Oc. XLII supersunt commata 69 praeter inscriptionem.
b uacua relicta.
(fol. 108–113:) perierunt.
fol. 114a insignia consularis Campaniae.
b Oc. XLIII comm. 12.
fol. 115a insignia correctoris Apuliae et Calabriae.
b Oc. XLIV comm. 12.
fol. 116a insignia praesidis Dalmatiae.
b Oc. XLV comm. 12.

Codicem Spirensem per plures alios ex archetypo deriuatum esse mendorum ratio docet, quae plerumque ea est, ut nisi falsis scripturis per exemplaria plura propagatis explicari non possit. Quibus in mendis cum alia tum illud numerandum est, quod tam singula uerba quam tota commata in archetypo describendo omissa et postea in margine adscripta in codice Spirensi loco peruerso inserta sunt [1]. Praeterea interpolationes, quibus N. D. nunc scatet, eam diligentiam quin etiam sagacitatem in libro corrigendo produnt, quam a librario codicis Spirensis, cuius interpolandi rationem ex itinerario et notitiis urbium nouimus, haud facile expectaueris. Et primum compendia codicis archetypi maxima ex parte soluta sunt et, quod mireris, plerumque recte, nisi quod numeri singularis et pluralis et uoces ab eadem stirpe prouenientes

1) u. Zur Kritik der Not. Dign. Hermae t. IX p. 238.

ut praefectus et praefectura saepissime confunduntur[1]). Qua re perspecta facile apparebit, exitus uerborum pro traditis habendos non esse et pro ratione locorum ad arbitrium immutari posse. Tum interpolator diuersa libri capita diligenter inter se contulit, atque hic unum ex altero correxit, illic quae ei notatu digna uidebantur, in margine adscripsit, eaque ratione effecit, ut et glossemata permulta in contextum irreperent[2]) et menda semel admissa pluribus locis inferrentur[3]). Et cum perspexisset, insignia partem contextus plerumque referre, quod in archetypo tamen non semper factum est[4]), alteram partem ex altera adeo interpolauit, ut nunc insignium inscriptiones haud aliter ferme sint adhibendae, ac si excerpta sint e contextu ipso et eo quidem satis recenti, utpote qui iam litteris minusculis scriptus fuerit[5]). Itaque quoniam de uera insignium lectione restituenda desperaui, correxi in illis omnino nihil, sed menda, quae in codice Spirensi fuisse uidebantur, omnia intacta reliqui. Nam quia inscriptionum utilitas paene nulla erat, nisi ad contextum hic illic corrigendum, in uocabulis ita exhibendis, uti tradita essent, huic usui optime prospexisse mihi uidebar. Solae tabulae capitum Or. XXIX et XXXIX—XLII aut nihil aut non multum a forma antiqua recesserunt[6]) et in cap. Or. XXXVI pars tabulae posterior (13—17), reliquae inscriptionis omnes aut passim correctae sunt, aut id quod per totam Occidentis notitiam factum est, adeo e contextu descriptae.

Sed quoniam ad insignium inscriptiones peruentum est neque facile locus alius occurret, quo hanc rem absoluam, pauca de ratione dicenda sunt, qua in magi-

1) l. l. p. 240.
2) l. l. p. 234.
3) l. l. p. 229.
4) u. Die Zeit des Vegetius Herm. t. XI p. 73.
5) Zur Kritik der Not. Dign. p. 231; die Zeit des Vegetius p. 73. Haec interpolandi ratio adeo obuia erat, ut in apographis etiam codicis Spirensis alioquin fide dignissimis interdum grassata sit; u. Or. IX 5=26; 13=35; Oc. V 34=182; 75=224; 84=233.

6) Discrepant a contextu re ipsa XXXIX 3=12; XLI 10=18; mendis scripturae XL 8=13; XLI 8=17; XLII 8=21; ordine enumerationis XXXIX 5, 6=15, 14; XL; XLI 3, 4=13, 12; 9, 10=19, 18; XLII 3, 4=14, 13. Menda, quae in contextu et in insignibus repetantur, nulla inueni nisi hoc solum: XLII 9=18 *Uarina* pro *Uariana*, nam XXXIX 5=15 scriptura *Bireo* lectione Rauennatis et tabulae Peutingerianae confirmari uidetur, quamuis Theophylactus et itinerarium Anton. Βερόη et *Biroe* praebeant.

strorum militum insignibus inscriptiones recte positae agnoscantur, interpolatae corrigantur uel certe refellantur. Numeri enim militum, quorum nomina aut plane eadem sunt, nisi quod alteri seniores alteri iuniores appellantur, aut saltem similia ut sagittariorum Gallicanorum et sagittariorum Orientalium, aut qui alia qualibet re arte coniuncti sunt, ut e. g. Petulantes et Celtae, Brachiati et Cornuti, qui in Ammiani libris semper una nominantur neque facile in expeditione aut in hibernis diuulsi esse uidentur, insignibus clipeorum similibus uti solebant. Quod quamuis licentia pictorum et interpolatorum plerumque obscuratum sit, tamen nunc quoque non nunquam apparet. Similitudo autem illa interdum eiusmodi est, ut clipeis alioquin paribus pro colore caeruleo alterius in altero ruber ponatur, uel pro albo giluus, aut ut colores permutentur, e. g. ut in altero signum album in area rubra, in altero signum rubrum in area alba depingatur.

Quae ut probemus, primum de eis tabulis disputabimus, quae cum in codice archetypo inscriptiones insignium cum contextu iam propemodum conspirarent, interpolatione instituta damnum non admodum magnum perpessae sunt; id quod uel praecipue de insignibus magistrorum militum praesentalium in partibus Orientis (V et VI) dicendum erit. Conferat ergo lector clipeos lanceariorum seniorum (V 2) et iuniorum (VI 7), Iouianorum Herculianorumque iuniorum (V 3; 4) et seniorum (Oc. V 2; 3), mattiariorum iuniorum (Or. V 7) et seniorum (VI 2), Dacorum et Scythorum et (Sarmatarum) Regiorum (VI 3; 4; 8), atque eadem similitudo, quam in his obseruabit, in insignibus quoque sagittariorum seniorum iuniorumque Gallicanorum (Or. V 13; 14) et sagittariorum iuniorum Orientalium dominicorumque (VI 14; 15) appareret, nisi in eo codice, quem nos describendum curauimus, in clipeis duobus (V 13; 14) angeli bini, quos alii codices ostendunt, omissi essent[1]. Et in clipeo tertiorum sagittariorum Ualentis (V 15) alioquin simillimo eiusdem modi angelos aliquando fuisse, quamquam in codicibus quos uidi omnibus perierunt, equidem persuasum habeo, clipeum autem eum, cui nomen sagittariorum seniorum Orientalium adscriptum est (VI 13), etiamsi pictorum licentiae multa tribuamus, cum reliquorum tamen sagittariorum insignibus nulla re comparari potest. Sed

1) u. picturas editionis Böckingianae et Basiliensis 1552.

clipeum praecedens in ea tabula, quae apud Böckingium inuenitur, non angelos quidem sed aues duas ostendit, quae cum angelis facile confundi poterant; quos si inseramus, similitudo illa, quae requiritur, restituta est. Et nomina quoque Mattiacorum iuniorum et Constantinianorum (VI 11, 12), qui sagittarios seniores Orientales praecedunt, loco suo mota esse, Mattiacorum seniorum et Constantianorum insignia comparata ostendunt (V 11, 12), quae omnia corriguntur, si Tubantum nomen (VI 10) ad clipeum id referamus, quod sagittariis senioribus Orientalibus tribuitur, inscriptionesque reliquas iuxta positas sinistram uersus moueamus. Itaque in hac quoque tabula ordo clipeorum cum ordine eo, quo numeri in contextu propositi erant, non omnino conspirabat, atque inscriptiones eorum, ita uti nunc leguntur, in codice archetypo non fuerunt sed e contextu haustae sunt. Et ne quis credat, nos in interpolationibus statuendis nimis faciles fuisse, menda contextus apertissima cum in ea tabula, qua de agimus tum in insignibus capitis praecedentis repetuntur [1]. Ergo in eis etiam picturis, ubi partem inscriptionum recte positam esse probari potest, de reliquis dubitari licet, uel potius de nullo clipeo constat ex sola inscriptione, nisi aliae quoque rationes accedant. Quod in insignibus magistrorum militum praesentalium eo usque fit, ut in cap. V inscriptiones 2—4, 7, 8, 10—20, 23—25, in cap. VI 2—6, 14—20 ueras esse, paene affirmauerim, VI 10—13 ita corrigam, uti feci, de reliquis dubitem. Nam ut numeros eos omittam, de quibus iam disputaui, Theodosianorum clipei angelis singulis omnes ornati sunt (V 23—25; VI 23), cornutorum (VI 9) et Batauorum (V 8) insignia in Occidentis partibus eadem fere reperiuntur (V 14; 19), defensores (V 16) et uindices (VI 16) tam nominibus, quam insignium similitudine arte cohaerent, Uisos (V 20) et Teruingos (VI 20), quorum clipei, praesertim si picturas editionum Böckingianae et Basiliensis sequimur, nisi in coloribus non discrepant, utrosque populos Gothicos fuisse constat, Fortenses et Neruios (V 5; 6) Raetouarios (V 17) et Bucinobantes (VI 17), Angleuarios (V 18) et Falchouarios (VI 18), Hiberos (V 19) et Thraces (VI 19) simili quadam ratione coniunctos fuisse, quamuis probari non possit, nihil tamen nos uetat suspicari. Sed brachiatorum insignia (V 9) ab


1) *cf.* VI 24 = 22 = 65 = 63; V 12 = 53.

eis, quae in Occidentis notitia proponuntur (V 15) omnino diuersa sunt, neque felices Honoriani (V 21), uictores (V 22), felices Theodosiani (VI 21), felices Arcadiani (VI 22), ubi repetiti sunt (Or. VII 3; Oc. V 37; Or. V 25; VII 2) utuntur clipeis similibus.

In insignibus magistri militum per Orientem (VII) exceptis clipeis felicium Arcadianorum et Honorianorum, quibus de modo dictum est, dubitandi causas non iuueni, in reliquis autem id quidem probari potest, inscriptiones perperam positas esse, sed quomodo recte ponantur, nisi in parte tabularum trium cap. V not. Oc. indicari non potest. Quas uti potuero emendatas hoc loco lectoribus proponam[1].

1) *cf.* Zur Kritik der N. D. p. 233.

2
3
4—8
9—13
14—18
19—23



2 Iouiani seniores. cf. Or. V 3.
3 Herculiani seniores. cf. Or. V 4.


4 Armigeri propugnatores seniores? cf. 5.	5 Armigeri propugnatores iuniores? cf. 4.	6 Lancearii Sauarienses? cf. Or. V 2; VI 7.	7 ?	8 ?
9 ?	10 ?	11 ?	12 ?	13 ?
14 Cornuti seniores. cf. 25; Or. VI 9	15 Brachiati seniores. cf. 51.	16 Petulantes seniores. cf. 17; u. praef. p. XVIII.	17 Celtae seniores. cf. 16; 59.	18 Heruli seniores.
19 Batauiseniores. cf. Or. V 8.	20 Mattiaci seniores. cf. 21; Or. V 12; VI 11	21 Mattiaci iuniores. cf. 20.	22 Ascarii seniores. cf. 23.	23 Ascarii iuniores. cf. 22.

24—27
28—31
32—35
36—39
40—43



24 Iouii seniores.	25 Cornuti iuniores. cf. 14.	26 Sagittarii Neruii.	27 Leones seniores. cf. 28; capita barbata. crinita e leonum capitibus corrupta esse uidentur.
28 Leones iuniores. cf. 27.	29 ?	30 ?	31 ?
32 ?	33 ?	34 ?	35 ?
36 ?	37 ?	38 ?	39 Iouii iuniores? cf. 24.
40 ?	41 ?	42 ?	43 ?

44—47
48—51
52—55
56—59
60—63



44 ?	45 ?	46 ?	47 ?
48 ?	49 ?	50 ?	51 Brachiati iuniores. cf. 15; 196.
52 Honoriani Atecotti seniores. cf. 54; 197.	53 Marcomanni. in cap. VII 38 semel tantum ponuntur; in cap. V 198, 199 bipertiti sunt.	54 Honoriani Atecotti iuniores. cf. 52; 200.	55 Brisigaui seniores. cf. 56; 201.
56 Brisigaui iuniores. cf. 55; 202.	57 Honoriani Mauri seniores. cf. 58; 203.	58 Honoriani Mauri iuniores. cf. 57; 204.	59 Celtae iuniores. cf. 17.

Praeter ea menda, quibus de egimus, corruptelae perquam multae ex litteris anglosaxonicis male lectis enatae sunt, quod in primis apparet in permutationibus litterarum *n* et *r*, *r* et *y*, *a* et *u* tam saepe repetitis, ut fere ad arbitrium unam pro altera ponere liceat. Diuisio autem illa columnarum et paginarum, quam in archetypo fuisse uidimus, cum magnam et inutilem, ut uidebatur, membranae profusionem requireret, penitus sublata est. Et insignia quidem in codice Spirensi paginas nouas incipere solebant — spatium enim alia ratione non suffecisset — sed contextus, si breuior erat, non nunquam subiciebatur tabulae et ubi hoc factum non est, ita scriptus erat, ut commata prima: *sub dispositione etc.* per totam paginam continuarentur, spatium autem reliquum in tot columnas diuideretur, ut maiora etiam capita pagina una plerumque caperet. At capita ea, quibus insignia nulla opposita erant, ita praecedentibus adnectebantur, ut in media columna incipientes partem illorum efficere uiderentur. Quae omnia cum in codicibus Monacensi quoque (*M*) et Canoniciano (*C*) adhuc obseruari possint neque ad rem criticam magni momenti sint, plura de eis dicere supersedeo.

De libellis reliquis, qui in codicis Spirensis apographis reperiuntur, haud multa dicenda sunt, cum omnia fere quae notatu digna uidentur, ex apparatu critico facile concludi possint. Nam not. urb. Constant., quam praeter Spirensem liber antiquissimus Uindobonensis omnibus satis notus, qui topographiae urbis Romae operam dederunt, nobis seruauit, ita in utroque codice legitur, ut Spirensem diligentissime descriptum esse sed hic illic interpolatum iudices, Uindobonensem purum quidem sed negligentius exaratum, utrumque autem tam prope ad codicem archetypum accedere, ut haud scias, cui plus tribuas. At laterculus Pol. Siluii et not. Gall. codicibus innumerabilibus et multis quidem uetustissimis inserti sunt, sed in codice Spirensi plane singulari ratione traduntur. Laterculus enim ualde interpolatus est, sed tempore tam remoto, ut interpolationes eaedem iam Paulo Diacono notae fuerint[1]), notitiae autem Galliarum exemplar nullum tam fidum archetypi imaginem reddit, quam Spirensis liber littera C in editione nostra notatus. De stemmate codicum, quod editioni praeposuimus, fusius disputandum esse non duxi; neque enim res tot uerbis

1) u. Mommsen, Laterculus Polemii Siluii, Abhandlungen der sächs. Gesellsch. der Wissensch. Phil.-hist. Cl. 1857 p. 231 ff.

digna uidebatur, quot haec disputatio requirebat, et in libello tam paruo omnes, quorum interest, facillime ipsi rationes cognationum inuenire possunt.

In editione instruenda pro ratione rerum diuersas uias ingressi sumus; et Notitiam urb. Constant. quidem, quae a doctulo aliquo stilo quam maxime elaborato conscripta est eodem modo tractauimus, qui in edendis auctoribus antiquis dudum receptus est, sed in meris nominum enumerationibus philologica emendandi ratio aut periculosa fuisset aut superflua. Itaque laterculum Ueronensem ex editione Mommseniana [1] repetiuimus librariorum uitiis eo usque correctis, ut nomina prouinciarum quodammodo agnosci possent, orthographia autem uitiosa et mendis, qui cum plena certitudine corrigi nequirent, ita uti tradita erant relictis. Et in laterculo Polemii Siluii et notitia Galliarum nihil omnino correximus, sed quae in archetypo fuisse uidebantur, quam fidissime expressimus, lectionibus codicum rectis quidem sed ex interpolatione ortis in apparatum criticum nonnunquam reiectis. Qua de re ut iudicium plenum et certum ferre liceret, sufficiebant, quod ad laterculum attinet, codices quattuor, quibus iam Mommsenus usus erat; reliquis ergo, quorum notitiam habui, omnibus neglectis, id solum in apparatu Mommseniano immutauimus, ut pro apographo codicis Spirensis secundario primarium adhiberemus. Atque ad notitiae quoque Galliarum archetypum restituendum suffecissent codices tres, unum libri Spirensis apographum (*C*) codexque unus familiae *a* et *d*; sed cum interpolationes libelli huius, ut quae ad initium saeculi quinti redirent, non nullius momenti essent, ut de his constaret et antiquissimae a recentioribus discerni possent, cuiusque familiae, quam equidem nossem, adhibui exemplaria bina ea, quorum aut collationes optimas praesto haberem aut quae ex familiis alienis minime correcta uiderentur. Nam et codices, qui ex familiis pluribus conflati erant, et familias, qui ex classibus pluribus, abieci omnes, excepto codice A^1 et qui ad explicandas huius lectiones facerent, A^2A^3Bb; ille enim, cum aut ipse aut eius simillimus a Sirmondo publici iuris factus esset, uulgatae instar erat, quae cum usque ad hunc diem auctoritate maxima uteretur, negligi non potuit. Et ne quis miretur, me codicem saeculo septimo exaratum tam parui aestimare, hoc

1) Das Provinzenverzeichnis vom Jahre 297, Abhandl. der Berliner Akad. der Wissensch. 1862 p. 489 ff.

addere liceat, exemplaria singularum familiarum, quae nos adhibuimus, prope omnia saeculis nono et decimo scripta esse, ita ut a probabilitate minime abhorreat, archetypos earum uel antiquiores fuisse codice Sirmondiano.

In libris eis, quorum contextus testium plurium fide nitebatur, familiae cuiusque specimina bina satis superque uidebantur, in Notitia Dignitatum autem, quae tota ex uno fonte haurienda erat, apographa eius omnia adhibui. Auctoritati codicis unius ex eis qui superstites essent, totum me addicere nolui neque potui; omnes enim tam diligenter descripti sunt, ut plerumque etiam in minimis rebus conspirent, et ubi dissentiunt, consensus partis maioris, id quod raro alias euenit, fere pro tradita lectione habenda est. Uariam lectionem integram dedi, nisi quod minutias mere orthographicas suppressi, et plura fortasse supprimenda erant, quae editor parum adhuc expertus, quamuis inutilia esse perspexissem, nimis anxius in apparatum criticum recepi. In nominibus urbium locorum populorum barbarorum, exceptis notissimis ut e. g. Rauenna, Astures, nihil immutaui, sed quae in codice Spirensi scripta fuisse persuasum habebam, ea in contextu religiose proposui, omnibus quae ad emendanda uel explicanda nomina facerent, in adnotationes reiectis. Coniecturas, quae res ipsas spectarent, aut si certae erant aut si conspectus generalis locorum in huiusmodi catalogo minime contemnendus hac re iuuaretur, in contextum recepi; reliquas, nisi quae nullam probabilitatem habere uiderentur, proposui in adnotationibus. Omnes autem litteris inclinatis distingui iussi, ita ut ubique primo obtutu appareat, quae tradita sint, quae ex coniectura posita. In rebus orthographicis, etsi recta scribendi ratio iam eo tempore, quo Notitia Dignitatum composita est, non semper obseruata sit, me tamen nimis anxie codicum auctoritati addictum fuisse, nunc quidem perspicio, sed libro iam dudum impresso nihil immutari potest. Insignia ex ea codicis Monacensis parte, quam fidelissimam archetypi imaginem reddere supra (p. VII) indicaui, charta dilucida paginis imposita diligenter efficta sunt et postea eo instrumento, quod ciconiae rostrum appellamus, ligno inscriptae. Cum autem miniator, qui illam codicis partem confecit, in pingendis rebus minutis et curam maiorem requirentibus non nunquam negligentius uersatus esset, melius me lectorum commodo consulturum esse

putaui, si insignia magistrorum militum ex altera codicis parte nouella quidem ratione sed multo maiore cum diligentia composita describi iuberem. Quod ut facerem, ea quoque ratione adductus sum, ut uiris doctis, qui accuratiorem de insignibus quaestionem instituere uellent neque codices ipsos praesto haberent, quandam conferendi facultatem praeberem. Mea enim editione emissa tria picturarum, quibus de agitur, exemplaria habebunt, quae omnia riuulis diuersis ex communi fonte fluxerunt, scilicet picturas editionis Basiliensis [1]) e Spirensi ipso descriptas, Böckingianas ex codicis Monacensis parte posteriore haustas, meas, quae ex eiusdem libri parte priore originem ducunt.

Quod ad Notitiam Dignitatum edendam eis subsidiis instructus accessi, ut lectiones quae recipiantur dignas posthac ex codicibus manu scriptis prolatum iri paene negare audeam, amicorum comitate et praecipue Theodori Mommseni praeceptoris optime de me meriti beneuolentia effectum est. Nam et quae mihi ab aliis collata sunt, magna ex parte eo interueniente impetraui, et ubi ipse in hoc laborum genere adhuc inexpertus haerebam, dux peritissimus uias monstrauit atque aperuit. Itaque libros omnes, ex quibus Spirensis deperditi notitia haurienda est, aut ipse contuli aut alii a me rogati contulerunt. Ex quibus de Boor amicitiae, qua iam a primis studiorum annis coniuncti sumus, haud uulgare documentum dedit, cum Londinio, ubi tum uersabatur, Oxoniam profectus est, ut laborem codicis Canoniciani (*C*) conferendi satis taediosum susciperet. Quo opere perfecto de locis quibusdam, qui mihi dubii remanserant, uu. dd. Neubauer et Bywater Oxonienses certiorem me fecerunt. Et librum Parisinum (*P*), postquam a u. d. Geppert acceperam, Böckingii collationem fide dignam non esse, u. d. Otto Hirschfeld qua est comitate in usum meum pro parte contulit, pro parte lectiones Böckingianas suppleuit et correxit. Codicem Palatinum (*M*) ipse primum Monaci euolui a praefectis bibliothecae regiae Foeringer et Halm benignissime adiutus, tum ministerio regio interueniente ad me Berolinum missum denuo inspexi; item Uindobonensi libro (*V*) eiusdem ministerii auxilio liberalissimo bis mihi uti licuit. Quod autem ad opuscula minora attinet, codices notitiae urbis Constant. omnes contuli

1) Eaedem repetitae sunt in editionibus Pancirolianis.

ipse, notitiae Galliarum Parisinum *d* mea causa euoluit Hirschfeld, librorum Coloniensium apographa u. d. Wattenbach, antequam imprimerentur, mihi utenda concessit; praeterea uu. dd. Schmitz Coloniensis et Gardthausen Lipsiensis collationes codicum nonnullorum a se factas benignissime mecum communicauerunt, quas tamen, ne moles apparatus critici in immensum cresceret, adhibere nolui. Adiumenta reliqua editionis libris impressis debeo, qui cum in omnium manibus uersentur, plura de eis dicere supersedeo.

Opere post trium annorum curas absoluto nemo credo me ipso melius perspiciet, quam multa aliis supplenda et corrigenda reliquerim; id autem me effecisse reor, ut in libris omnibus, quos hoc uolumine coniunxi, iam de lectionibus, quae pro traditis accipiendae sint, ubique constet. Et haec, quam uel maximam huius libri utilitatem duxerim, non tam mihi ipsi debetur quam amicorum et fautorum huius operis benignissimis studiis. Quibus omnibus inprimis Mommsenio, de Borio, Hirschfeldio gratias maximas ago et omnes acturos esse puto, qui aliquando hoc libro usuri sunt.

Parisiis, mense Augusto MDCCCLXXVI.

NOTITIA DIGNITATUM.

C Oxoniensis Canonicianus lat. misc. 378 s. XV.
P Parisinus 9661 s. XV.
V Uindobonensis 3103 s. XV.
M Monacensis 10291 s. XVI.
M^1 inscriptiones picturarum, quae contextui insertae sunt.
M^2 inscriptiones picturarum, quae ad finem libri adnexae sunt.

Nota codicis uncis rotundis inclusa indicaui, mihi de lectione eius non constare.

Quae nulla re in apparatu critico adnotata litteris inclinatis in contextu impressa sunt, in codicibus omnibus sine lacunae indicio omittuntur.

In clipeis, qui p. 11—31; 115—144 in insignibus picti sunt, indicantur colores hoc modo:

 *albus.*  *ruber.*

 *giluus.*  *caeruleus.*

I.

Notitia dignitatum omnium, tam ciuilium quam militarium, in partibus Orientis.

2 Praefectus praetorio Orientis.
3 Praefectus praetorio Illyrici.
4 Praefectus urbis Constantinopolitanae.
5 Magistri equitum et peditum in praesenti duo.
6 Equitum et peditum per Orientem.
7 Equitum et peditum per Thracias.
8 Equitum et peditum per Illyricum.
9 Praepositus sacri cubiculi.
10 Magister officiorum.
11 Quaestor.
12 Comes sacrarum largitionum. Böck. p. 4
13 Comes rerum priuatarum.
14 Comites domesticorum duo:
15 Equitum.
16 Peditum.
17 Primicerius sacri cubiculi.
18 Primicerius notariorum.
19 Castrensis sacri palatii.

1 oim̅ dignitatum *V* ‖ ciuium *CV* ‖ in *om. P* ‖ 2 refectus *V spatio rubricae uacuo relicto.* ‖ 3 ollyrici *P* ‖ 9 pp̅ *CPM* papa *V* ‖ sacri *om. M* ‖ 12 com̅ *CPV* comites *M* ‖ 13 com̅ *CP* comi̅ *V* comites *M* ‖ 14 domestici corum *P*

20 Magistri scriniorum:
21 Memoriae.
22 Epistolarum.
23 Libellorum.
24 Graecarum.
25 Proconsules II:
26 Asiae.
27 Achaiae.
28 Comes Orientis.
29 Praefectus Augustalis.
30 Uicarii quatuor:
31 Asianae.
32 Ponticae.
33 Thraciarum.
34 Macedoniae.
35 Comites rei militaris duo:
36 Aegypti.
37 Isauriae.
38 Duces *tredecim:*
39 Per Aegyptum duo:
40 Lib*y*arum.
Böck. p. 5 41 Thebaidos.
42 Per Orientem sex:
43 Foenicis.
44 Eufratensis et Syriae.
45 Palaestinae.
46 Osrhoenae.
47 Mesopotamiae.
48 Arabiae.
49 Per Ponticam unus:
50 Armeniae.
51 Per Thracias duo:
52 Moesiae secundae.

20 magister *M* ‖ 24 crecarum *PV* ‖ 25 *post* 27 *colloc.* *V* ‖ 27 achie *V* ‖ 29 profectus *P* ‖ 40 librarum *CPVM* ‖ 46 osrhoe *C* ‖ 49 ponticum *M*.

53 Scythiae.
54 Per Illyricum II:
55 Daciae ripensis.
56 Moesiae primae.
57 Consulares XV:
58 Per Orientem V:
59 Palaestinae.
60 Foenicis.
61 Syriae.
62 Ciliciae.
63 Cypri.
64 Per Asianam tres:
65 Pamfyliae.
66 Hellesponti.
67 Lydiae.
68 Per Ponticam II:
69 Galatiae.
70 Bithyniae. Böck. p. 6
71 Per Thracias II:
72 Europae.
73 Thraciae.
74 Per Illyricum III:
75 Cretae.
76 Macedoniae.
77 Daciae mediterraneae.
78 Aegyptus autem consularitatem non habet.
79 Praesides XL:
80 Per Aegyptiacam quinque:
81 Libyae superioris.
82 Libyae inferioris.
83 Thebaidos.
84 Aegypti.
85 Arcadiae.

56 mesce *V* ‖ 60 fonicis *CPV* ‖ 77 mediterranie *C* ‖ 80 aegypttiaca *M*.

86 Per Orientem VIII:
87 Palaestinae salutaris.
88 Palaestinae secundae.
89 Foenicis Libani.
90 Eufratensis.
91 Syriae salutaris.
92 Osrhoenae.
93 Mesopotamiae.
94 Ciliciae secundae.
95 Per Asianam VII:
96 Pisidiae.
97 Lycaoniae.
Böck. p. 7 98 Frygiae Pacatianae.
99 Frygiae salutaris.
100 Lyciae.
101 Cariae.
102 Insularum.
103 Per Ponticam VIII:
104 Honoriados.
105 Cappadociae primae.
106 Cappadociae secundae.
107 Helenoponti.
108 Ponti Polemoniaci.
109 Armeniae primae.
110 Armeniae secundae.
111 Galatiae salutaris.
112 Per Thracias quatuor:
113 Haemimonti.
114 Rhodopae.
115 Moesiae secundae.
116 Scythiae.
117 Per Illyricum octo:
118 Thessaliae.
119 Epiri ueteris.
120 Epiri nouae.

89 fonitis *V* || 92 osyhene *C* || 103 ponticum *P* || 107 helepo *M*.

121 Daciae ripensis.
122 Moesiae primae.
123 Praeualitanae.
124 Dardaniae.
125 Macedoniae salutaris.
126 Correctores duo: Böck. p. 8
127 Augustamnicae.
128 Paflagoniae.

II.

Insignia praefecti praetorio per Orientem desiderantur.

1 Sub dispositione uir*i* illustri*s* praefect*i* Böck. p. 9
praetorio per Orientem sunt[1]) dioceses
infrascriptae:
2 Oriens.
3 Aegyptus.
4 Asiana.
5 Pontica.
6 Thracia.
7 Prouinciae:
8 Orientis quindecim:
9 Palaestina.
10 Foenice.
11 Syria.
12 Cilicia.

1) sunt *del. Gelenius.*

124 darniae *P* || 127. 128 augustani incepaflagonie *V.*

II.

1 uirorum illustrium praefectorum (prefectorum *C*) *CPVM* || dioceses] *ita codd. ubique omnes; cf. Sulp. Seu. epist. I 10; III 6. dial. II 3, 1; 9, 6; Cod. Iust. I 5, 8; 27, 1 § 15; § 19; 2 § 13; 37, 1; Cod. Th. I 5, 6; 12; VIII 5, 42; XVI 1, 3; Const. Sirm. 3* || 9 palastina *V* || 10 fonice *V.*

13 Cyprus.
14 Arabia [et dux et comes rei militaris].
15 Isauria.
16 Palaestina salutaris.
17 Palaestina secunda.
18 Foenice Libani.
19 Eufratensis.
20 Syria salutaris.
21 Osrhoena.
22 Mesopotamia.
23 Cilicia secunda.
24 Aegypti quinque:
25 Libya superior.
26 Libya inferior.
Böck. p. 10 27 Thebais.
28 Aegyptus.
29 Arcadia.
30 Asianae decem:
31 Pamfylia.
32 Hellespontus.
33 Lydia.
34 Pisidia.
35 Lycaonia.
36 Frygia Pacatiana.
37 Frygia salutaris.
38 Lycia.
39 Caria.
40 Insulae.
41 Ponticae decem:
42 Galatia.
43 Bithynia.
44 Honorias.
45 Cappadocia prima.
46 Cappadocia secunda.

18 fenices *C* foenices *P* fonices *V* phoenices *M* ‖ 21 osyhoena *C* ‖ 30 asiae *P* asiana *V* ‖ 36 *post 40 colloc. V* ‖ 37 saluatoris *P* ‖ 43 bithimia *V*.


47 Pontus Polemoniacus.
48 Helenopontus.
49 Armenia prima.
50 Armenia secunda.
51 *G*alatia salutaris.
52 Thraciae sex:
53 Europa.
54 Thracia. Böck. p. 11
55 Haemimontus.
56 Rhodopa.
57 Moesia secunda.
58 Scythia.
59 Officium uiri illustris praefecti praetorio Orientis:
60 Princeps.
61 Cornicularius.
62 Adiutor.
63 Commentariensis.
64 Ab actis.
65 Numerarii.
66 Suba*d*iuuae.
67 Cura epistolarum.
68 Regerendarius 2).
69 Exceptores.
70 Adiutores.
71 Singularii.
72 Praefectu*s* prae*torio Orientis* euectiones annuales non habet, sed ipse emittit.

2) *Quamvis Cassiod. uar. XI, 29 et Joh. Lyd. de mag. III, 4; 21 formam* regendarius *commendent, nihil tamen consensu codicum trium vel omnium tot locis obstante immutare ausus sum.*

48 hellenopontus *P* ‖ 50 aremenia *C* ‖ 51 calacia *CP* calatia *VM* ‖ 55 haemimonitiis *P* ‖ 56 rhodapa *P sed correx.* ‖ 59 offitum *V* ‖ 66 suba uiue *C* subaiuuae *P* suba^d^iuue *V* suba uiuae *M* ‖ 68 regendarius *V* ‖ 72 praefectus praetorio Orientis] prefectura prefec̄ *C* praefectus prefectus *(P)* prefectura pref' *V* praefectura praef̄ *M*.

III.


Böck. p. 12 Insignia uir*i* illustri*s* praefect*i* praetorio per Illyricum.



1 uirorum illustrium praefectorum (prefectorum *V*) *CPVM*.

Böck. p. 13

2. 3



4 Sub dispositione uir*i* illustri*s* praefect*i* praetorio per Illyricum sunt[1]) dioceses infrascriptae:

5 Macedonia.

6 Dacia.

7 Prouinciae Macedoniae sex:

8 Achaia.

9 Macedonia.

10 Creta.

1) sunt *del. Gelenius.*

2. 3 *om. V* ‖ 4 uirorum illustrium praefectorum (prefectorum *CV*) *CPVM* ‖ dioces *C* ‖ 9 macedo *C*.

Böck. p. 14 11 Thessalia.
12 Epirus uetus.
13 Epirus noua et pars Macedoniae salutaris.
14 Prouinciae Daciae quinque:
15 Dacia mediterranea.
16 Dacia ripensis.
17 Moesia prima.
18 Dardania.
19 Praeualitana et pars Macedoniae salutaris.
20 Officium uir*i* illustri*s* praefect*i* praetorio per Illyricum:
21 Princeps.
22 Cornicularius.
23 Adiutor.
24 Commentariensis.
25 Ab actis.
26 Numerarii quatuor; in his auri unus, operum alter.
27 Subadiuua [2].
28 Cura epistolarum.
29 Regerendarius.
30 Exceptores.
31 Adiutores.
32 Singularii.
33 Praefectus prae*torio* Illyrici ipse emittit.

IV.

Excidit folium unum, quod pagina altera continebat insignia praefecti urbis Constantinopolitanae, altera, quae sub dispositione eius erant.

2) *scrib.* Subadiuuae.

20 uirorum illustrium praefectorum (prefectorum *CV*) *CPVM* || 26 hiis *V* || auri *om.* *M* || oper̄ *CPVM* || 33 *om.* *V* || praefectus praetorio] pref̄ pref̄ *C* prefec̄ pref̄ *P* praefec̄ praef̄ *M*.

V.


Insignia uiri illustris magistri militum praesentalis. Bock. p. 17

2

3

4—6

7—9



2 Lanciarii seniores.
3 Iouiani iuniores.
4 Herculiani iuniores. 5 Fortenses. 6 Neruii.
7 Matiarii iuniores. 8 Bataui seniores. 9 Brachiati iuniores.

Picturae cap. V—IX ex M^{1} *descriptae sunt.* ‖ 1 milicii M^{2} ‖ presentialis *C* ‖ *ordo nominum h. m. perturbatus est in V: 4, 5, 2, 7, 8, 3, 6, 9* ‖ 3 louiarii minores *V* ‖ 4 herculiarii *V* ‖ 7 marciarii *V* martiarii M^{2} ‖ minores *V* ‖ 8 batani M^{2} ‖ 9 minores *V*.


Böck. p. 18

10—13

14—17

18—21

22—25



10 Salii.	11 Constantiani.	12 Matoiaci seniores.	13 Sagittarii seniores Gallicani.
14 Sagittarii iuniores Gallicani.	15 Tertii sagittarii Ualentis.	16 Defensores.	17 Retobarii.
18 Angleuarii.	19 Hiberi.	20 Uisi.	21 Felices Honoriani iuniores.
22 Uictores.	23 Primi Theodosiani.	24 Tertii Theodosiani.	25 Felices Theodosiani Isauri.

Ordo nominum hoc modo perturbatus est in V: 10, 14, 22, 15, 18, 11, 19, 23, 20, 17, 12, 24, 21, 16, 13, 25 || 12 matoiati *V* || 13 iunio: *(sic) M*$^{1\cdot 2}$ || 17 rethobarii *V* raetobarii *M*$^{1\cdot 2}$ || 19 hebrei *V* || 25 thodosiani *C* || sauri *CPM*$^{1\cdot 2}$ *sed correx. P* ysauri *V*.

26 Sub dispositione uiri illustris magistri militum praesenta*lis*:

27 Uexillationes palatinae quinque:

28 Equites promoti seniores.

29 Comites clibanarii. Böck. p. 19

30 Comites sagittarii iuniores.

31 Comites Taifali.

32 Equites Arcades.

33 Uexillationes comitatenses VII.

34 Equites catafractarii Biturigen*s*es.

35 Equites armigeri seniores Gallicani.

36 Equites quinto Dalmatae.

37 Equites nono Dalmatae.

38 Equites primi scutarii.

39 Equites promoti iuniores.

40 Equites primi clibanarii Parthi.

41 Legiones palatinae sex:

42 Lanciarii seniores.

43 Iouiani iuniores.

44 Herculiani iuniores.

45 Fortenses.

46 Neruii.

47 Matiarii iuniores.

48 Auxilia palatina decem et octo:

49 Bataui seniores.

50 Brachiati iuniores.

51 Salii.

52 Constantiani.

53 Mat*t*iaci seniores.

54 Sagittarii seniores Gallicani.

55 Sagittarii iuniores Gallicani.

56 Tertii sagittarii Ualentis.

57 Defensores.

26 presentat *CPV* praesentat *M* || 34 bitiurgentes *C* biturigentes *PVM* || 40 parchi *M* || 42 lancearii *VM* || 43 louiani *V* || 44 seniores *C* || 47 mathiarii *V* || 53 matoiaci *CPVM* || 56 ualentes *M*.

Böck. p. 20 58 Raetobarii.
59 Angleuarii[1].
60 Hiberi.
61 Uisi.
62 Felices Honoriani iuniores.
63 Uictores.
64 Primi Theodosiani.
65 Tertii Theodosiani.
66 Felices Theodosiani Isauri.
67 Officium autem suprascriptae magisteriae in praesenti potestatis in numeris militat et in officio deputatur;
68 Habet autem dignitates infrascriptas:
69 Principem.
70 Numerarios duos.
71 Commentariensem.
72 Primiscrinios, qui Numerarii fiunt.
73 Scriniarios.
74 Exceptores et ceteros apparitores.
75 Magister militum in praesenti XV.

1) Angriuarii *Pancirolus*.

58 recobarii *V* || 66 sauri *CM* scauri *P* || 73 seniores *V* || 74 apparito *V* || 75 magister *C*.

VI.


Insignia uiri illustris magistri militum praesentalis. Böck. p. 21

2

3

4—6

7—9



2 Matiarii seniores.
3 Daci.

4 Scythae. 5 Primani. 6 Undecimani.
7 Lanciarii iuniores. 8 Regii. 9 Cornuti.

1 presentialis *C* ‖ 2 martiarii M^2 ‖ 3 dati *V* ‖ 4 sertae *C* ‖ 5 primarii *C* priniani *V* ‖ 6 undetiniani *V* ‖ 7 lancrarii *C* lancearii $VM^{1.2}$.


Böck. p. 22

10–13

14–17

18–21

22–25



10 Tubantes.	11 Constantiniani.	12 Mattiaci iuniores.	13 Sagittarii seniores Orientales.
14 Sagittarii iuniores Orientales.	15 Sagittarii dominici.	16 Uindices.	17 Bucinobantes.
18 Falchouarii.	19 Thraces.	20 Teruingi.	21 Felices Theodosiani.
22 Felices Arcadiani iuniores.	23 Secundi Theodosiani.	24 Felices Arcadiani iuniores.	25 Quarti Theodosiani.

12 martiaci *C* matiaci *V* ‖ 15 dñici *CPVM*[1] doñici *M*[2] ‖ 18 falchonarii *C* ‖ 19 traces *CP* trates *V* ‖ 20 terungi *V* ‖ 22 areadiani *M*[2] ‖ iuniores *om. M*[1·2] ‖ 24 aread: *M*[2] ‖ 24. 25 *clipei duo sine coloribus relicti sunt.*

26 Sub dispositione uiri illustris magistri militum praesentalis:

27 Uexillationes palatinae sex:

28 Comites seniores.

29 Equites brachiati iuniores.

30 Equites Bataui iuniores. Böck. p. 23

31 Comites sagittarii Armeni.

32 Equites Persae clibanarii.

33 Equites Theodosiaci seniores.

34 Uexillationes comitatenses sex:

35 Equites catafractarii.

36 Equites catafractarii Ambianenses.

37 Equites sexto Dalmatae.

38 Equites secundi scutarii.

39 Equites scutarii.

40 Equites secundi clibanarii Parthi.

41 Legiones palatinae sex:

42 Matiarii seniores.

43 Daci.

44 Scythae.

45 Primani.

46 Undecimani.

47 Lanciarii iuniores.

48 Auxilia palatina decem et septem:

49 Regii.

50 Cornuti.

51 Tubantes.

52 Constantiniani.

53 Mattiaci iuniores.

54 Sagittarii seniores Orientales.

55 Sagittarii iuniores Orientales.

56 Sagittarii dominici.

57 Uindices.

58 Bucinobantes.

26 praesentalis *om.* *C* || militum magistri praesentat *M* || 32 dibanarii *V* || 45 priniani *V* || 46 undetiniani *V* || 50 cornitti *M*.


Böck. p. 24 59 Falchouarii.
60 Thraces.
61 Teruingi:
62 Felices Theodosiani.
63 Felices Arcadiani iuniores.
64 Secundi Theodosiani.
65 [Felices Arcadiani iuniores.]
66 [Secundi Theodosiani.]
67 Quarti Theodosiani.
68 Item Pseudocomitatenses:
69 Auxiliarii sagittarii.
70 Officium autem suprascriptae magisteriae in praesenti potestatis cardinale habetur;
71 Habet autem dignitates infrascriptas:
72 Principes duos[1].
73 Numerarios duos.
74 Commentariensem.
75 Primiscrinios, qui numerarii fiunt.
76 Scriniarios.
77 Exceptores et ceteros apparitores.
78 Magister militum in praesenti XV.

1) *scrib.* Principem

Post 63 inser. V: felices arcadiani seniores || 65 *om. V* || 66 *ante 63 colloc. V* || 68. 69 *om. C* || 72 princeps *VM* || 78 magistri *M*.

VII.

Insignia uiri illustris magistri militum per Orientem. Böck. p. 25



2

3. 4

5. 6

2 Felices Arcadiani seniores.
3 Felices Honoriani seniores.
4 Quinta Macedonica.
5 Martenses seniores.
6 Septima gemina.

3 bonòiani *V* ‖ 5 marcenses *M*2.


Böck. p. 26

7—10

11—14

15—18

19—22



7 Decima gemina.

8 Balistarii seniores.

9 Prima Flauia Constantia.

10 Secunda Flauia Constantia Thebeorum.

11 Secunda felix Ualentis Thebeorum.

12 Prima Flauia Theodosiana.

13 Prima Armeniaca.

14 Secunda Armeniaca.

15 Fortenses auxiliarii.

16 Funditores.

17 Prima Italica.

18 Quarta Italica.

19 Sexta Parthica.

20 Prima Isaura sagittaria.

21 Balistarii Theodosiaci.

22 Transtigritani.

11 ualentes M^2 ‖ 15 fortentes M^2 ‖ 16 fundatores V ‖ 19 parchica P ‖ 21 theodosiaca M^2 theodosiani V *sed correx.*

23 Sub dispositione uiri illustris magistri militum per Orientem:

24 Uexillationes comitatenses decem:

25 Comites catafractarii Bucellarii iuniores.

26 Equites armigeri seniores Orientales. Böck. p. 27

27 Equites tertio Dalmatae.

28 Equites primi scutarii Orientales.

29 Equites secundi stablesiani.

30 Equites tertii stablesiani.

31 Equites promoti clibanarii.

32 Equites quarti clibanarii Parthi.

33 Equites primi sagittarii.

34 Cuneus equitum secundorum clibanariorum Palmirenorum.

35 *Auxilia palatina duo*[1]*:*

36 Felices Arcadiani seniores.

37 Felices Honoriani seniores.

38 Legiones comitatenses ....:

39 Quinta Macedonica.

40 Martenses seniores.

41 Septima gemina.

42 Decima gemina.

43 Balistarii seniores.

44 Prima Flauia Constantia.

45 Secunda Flauia Constantia Thebaeorum.

46 Secunda Felix Ualentis Thebaeorum.

47 Prima Flauia Theodosiana.

48 Item pseudocomitatenses XI[2]:

49 Prima Armeniaca.

50 Secunda Armeniaca.

51 Fortenses auxiliarii.

52 Funditores. Böck. p. 28

1) *inser. Böck.* 2) *Decem tantum legiones enumerantur.*

24 undecim *P* || 25 butellarii *CPVM* || 27 dalmatae tercio *P* || 30 *om.* *C* || 37 *om.* *C* || 39 macedonia *VM* || 48 quinque *P*.


53 Prima Italica.
54 Quarta Italica.
55 Sexta Parthica.
56 Prima Isaura sagittaria.
57 Balistarii Theodosiaci.
58 Transtigritani.
59 Officium autem magisteriae per Orientem potestatis cardinale habetur;
60 Habet autem dignitates infrascriptas:
61 Principem.
62 Numerarios duos.
63 Commentariensem.
64 Adiutorem.
65 Scriniarios.
66 Mensores.
67 Exceptores et ceteros apparitores.
68 Magist*er* militum per Orientem XXV[3]:

3) *fort. scrib.* XV.

68 magistri *CPVM*.

VIII.

Insignia uiri illustris magistri militum per Thracias. Böck. p. 29



2

3. 4

5. 6

2 Solenses seniores.

3 Menapii.

4 Prima Maximiana Theb eorum.

5 Tertia Diocletiana Thebeorum.

6 Tertiodecimani.

1 thracis *CV* || *margini superiori libri mandatorum inscriptum est in P et M*[1]*:* dea uexillata || 2 seniores *om. V* || 5 dioclitiana *C*, diodetiana *V* || 6 tertio decimana *C* tertio decimiani *M*[2].


Böck. p. 30

7—10

11—14

15—18

19—22



7 Quartodecimani.
8 Prima Flauia gemina.
9 Secunda Flauia gemina.
10 Constantini seniores.
11 Diuitenses Gallicani.
12 Lanciarii Stobenses.
13 Constantini Dafnenses.
14 Balistarii Dafnenses.
15 Balistarii iuniores.
16 Pannoniciani iuniores.
17 Tzaanni.
18 Solenses Gallicani.
19 Iulia Alexandria.
20 Augustenses.
21 Ualentinianenses.
22 Gratianenses.

23 Sub dispositione uiri illustris magistri militum per Thracias:

24 Uexillationes palatinae tres:

12 lanccarii $M^{1\cdot 2}$ || 13. 14 dafirenses *C* || 17 *ita P* tzaani *C* thaanni *V* taanni $M^{1\cdot 2}$ || 24 pallatine *C*.

25 Comites Arcadiaci.
26 Comites Honoriaci. Böck. p. 31
27 Equites Theodosiaci iuniores.
28 Uexillationes comitatenses ....:
29 Equites catafractarii Albigenses.
30 Equites sagittarii seniores.
31 Equites sagittarii iuniores.
32 Equites primi Theodosiani.
33 Legiones comitatenses ....:
34 Solenses seniores.
35 Menapii.
36 Prima Maximiana Thebaeorum.
37 Tertia Diocletiana Thebaeorum.
38 Tertiodecimani.
39 Quartodecimani.
40 Prima Flauia gemina.
41 Secunda Flauia gemina.
42 Constantini seniores.
43 Diuitenses Gallicani.
44 Lanciarii Stobenses.
45 Constantini Dafnenses.
46 Balistarii Dafnenses.
47 Balistarii iuniores.
48 Pannoniciani iuniores.
49 Taanni [1].
50 Solenses Gallicani.
51 Iulia Alexandria.
52 Augustenses.
53 Valentinianenses [2].
54 Officium autem magisteriae per Thracias Böck. p. 32

1) Tzaanni *17*, Tzanni *Böck.* 2) Gratianenses *add. Gelen. cf. 22.*

27 theodociaci *C* ‖ 38 tertio detiniani *V* tertio decimanni *M* ‖ 39 quarto detiniani *V* quarto decimanni *M* ‖ 44 lancearii *VM* ‖ 45 constanti *V* ‖ 46 balastarii *V* ‖ 49 tannni *P* n *primum ex correctura ortum uidetur.* thaanni *V.*

potestatis in numeris milit*at* et in officio deputatur:

55 Habet autem dignitates infrascriptas:

56 Principem.

57 Numerarios duos.

58 Commentariensem.

59 Primiscrinios, qui numerarii fiunt.

60 Scriniarios.

61 Exceptores et ceteros apparitores.

62 Magister militum per Thracias XV.


54 militat] militum *CPVM* ‖ 62 magistri *CV* magisterium *P*.

IX.

Insignia uiri illustris magistri militum per Illyricum. Böck. p. 33

2


3. 4



2 Britones seniores.
3 Ascarii seniores.
4 Ascarii iuniores.

Böck. p. 34

5—7
8—10
11—13
14—16



5 Petulantes iuniores. 6 Sagittarii lecti. 7 Inuicti iuniores.
8 Atecotti. 9 Matiarii constantes. 10 Martii.
11 Dianenses. 12 Germaniciani seniores. 13 Secundani.
14 Lanciarii Augustenses. 15 Mineruii. 16 Lanciarii iuniores.

17 Sub dispositione uiri illustris magistri militum per Illyricum:

18 Uexillationes comitatenses duae:

5 peculantes *V* ‖ 8 acecotti *M*² atecocti *P* ‖ 9 martiarii *CV* ‖ constames *C* ‖ 11 bianenses *C* ‖ 12 germaniciarii *C* ‖ 13 secundarii *V* ‖ 14 lancearii *V* ‖ augustrenses *P* ‖ 16 lancearii *V*.

Equites sagittarii seniores.
Equites Germaniciani seniores.
Legio palatina una:
Britones seniores.
Auxilia palatina sex: Böck. p. 35
Ascarii seniores.
Ascarii iuniores.
Petulantes iuniores.
Sagittarii lecti.
Inuicti iuniores.
Atecotti.
Legiones comitatenses octo:
Matiarii constantes.
Martii.
Dianenses.
Germaniciani seniores.
Secunda*n*i.
Lanciarii Augustenses.
Mineruii.
Lanciarii iuniores.
Item pseudocomitatenses nouem:
Timacenses auxiliarii.
Felices Theodosiani iuniores.
Bugaracenses [1].
Scupenses.
Ulpianenses.
Merenses [2].
Secundi Theodosiani.
Balistarii Theodosiani iuniores.

1) Bagaraca (burburaca *cod. Scorialens.*) *It. Ant. p. 135.* Buragara *It. Hier. p. 567.* 2) Merienses *Böck. cf. Hierocl. p. 656* Μηρίων, *Procop. de aed. IV 4 p. 76 II D* Βερμέριον.

26 peculantes *V* ‖ 29 attecotti *V* t *alterum postea additum est.* ‖ 35 secundari *CM* secundarii *PV* ‖ 36 lanciari *C* lantiari *V* lancearii *M* ‖ 38 lancearii *VM* ‖ 42 burgaracenses *P* ‖ 43 seupenses *C* ‖ 47 balistarii theodosiani *repetit M.*

48 Scampenses.

49 Officium autem magisteriae per Illyricum potestatis in numeris militat et in offi- Böck. p. 36 cio deputatur;

50 Habet autem dignitates infrascriptas:

51 Principem.

52 Numerarios duos.

53 Commentariensem.

54 Primiscrinios, qui numerarii fiunt.

55 Scriniarios.

56 Exceptores et ceteros apparitores.

57 Magister milit*um* per Illyricum *XV*.

X.

Insignia praepositi sacri cubiculi desiderantur.

Böck. p. 37 1 Sub dispositione uiri illustris praepositi sacri cubiculi:

2 Domus diuina per Cappadociam.

---


56 apparitoros *V* || 57 magister̄ *CPM* || militis *CPVM*. || XV *om.* *CPVM*.

X.

1 praepositi] p̄p̄ *CPVM* || 2 d'ina *C*.

XI.

Insignia uiri illustris magistri officiorum.

2


3 Sub dispositione uiri illustris magistri officiorum: Böck. p. 38

4 Scola scutariorum prima.
5 Scola scutariorum secunda.
6 Scola gentilium seniorum.
7 Scola scutariorum sagittariorum.

Angulis superioribus libri mandatorum alteri bos *alteri* cap/// *inscriptum est in C* ‖ 2 *om. V.*

8 Scola scutariorum clibanariorum[1].
9 Scola armaturarum iuniorum.
10 Scola gentilium iuniorum.
11 Scola agentum in rebus et deputati eiusdem scolae.
12 Mensores et lampadarii.
13 Scrinium memoriae.
14 Scrinium epistolarum.
15 Scrinium libellorum.
16 Scrinium dispositionum.
17 Officium ammissionum.
18 Fabricae infrascriptae:
19 Orientis V:
20 Scutaria et armorum, Damasci.
21 Scutaria et armorum, Antiochiae.
22 Clibanaria, Antiochiae.
23 Scutaria et armamentaria, Edesa.
24 Hastaria Irenopolitana Ciliciae:
25 Ponticae [quatuor] *tres*[2]:
26 Clibanaria, Caesarea Cappadociae.
27 Scutaria et armorum, Nicomediae.
28 Clibanaria, Nicomediae.
Böck. p. 39 29 *Asianae una:*
30 Scutaria et armorum, Sardis Lydiae.
31 *Thraciarum duae* [Asianae una]:
32 Scutaria et armorum, Hadrianopoli Haemimonti.
33 [Thraciarum duae:]
34 Scutaria et armorum, Marcianopoli.

1) *Scuta cum clibanis coniuncta fuisse ueri dissimillimum est; scripserim:* Scola sagittariorum clibanariorum. 2) *quae sequuntur, correx. Gelen.*

12 mensoris *V lit.* i *ex correctura orta* ‖ 17 amissionum *CPM* ‖ 20 scrutaria *P* ‖ 24 ciliae *C* ‖ 26 cesaria *C* ‖ 30 scutarie *CP* scutariae *M* ‖ 32 heminonti *CV* hemi(m)nonti^{s} *P*.

35 Illyrici quatuor:
36 Thessalonicens*is*.
37 Naissatens*is*.
38 Ratiarens*is*.
39 Scutaria Horreomargens*is*.
40 Officium autem suprascripti uiri illustris magistri officiorum de scola agentum in rebus est ita:
41 Adiutor.
42 Subadiuuae.
43 Adiutores [3] duo.
44 Fabricarum tres.
45 Barbari*cari*orum [tres] *quatuor:*
46 Orientis unus.
47 Asianae unus.
48 Ponticae unus.
49 Thraciarum et Illyrici unus.
50 Curiosus cursus publici praesentalis unus.
51 Curiosi per omnes prouincias.
52 Interpretes diuersarum gentium.
53 Magister officiorum ipse emittit.


3) Adiutoris *Böck*.

36 thessalonicenses *CPVM* || 37 naissatenses *CPVM* || 38 ratiarenses *CPVM* || 39 horreomargenses *CPVM* || 40 ita] ista *V* || 45 barbariorum *CPVM*.

XII.

Böck. p. 40

Insignia uiri illustris quaestoris.

2 

3 Sub dispositione uiri illustris quaestoris:

4 Leges dictandae.

5 Preces.


6 Officium non habet, sed adiutores de scriniis quos uoluerit.

2 *om.* *V* || salubres *M*² || 6 scrinis *P* seruis *VM sed correx. V:* seruiis.

XIII.

Insignia uiri illustris comitis largitionum.

Böck. p. 41



2

3

4 Sub dispositione uiri illustris comitis sacrarum largitionum:


5 Comites largitionum per omnes dioceses.

6 Comites commerciorum:

7 per Orientem et Aegyptum.

8 per Moesiam, Scythiam et Pontum.

2. 3 *om.* *V* ‖ 3 *loculi has inscriptiones praeferunt in C:*




4 uiri *in rasura C.*

Böck. p. 42 9 per Illyricum.
10 Praepositi thesaurorum.
11 Comes metallorum per Illyricum.
12 Comes et rationalis summarum Aegypti.
13 *Rationales summarum.*
14 Magistri lineae uestis.
15 Magistri priuatae.
16 Procuratores gynaeceorum.
17 Procuratores bafiorum.
18 Procuratores monetarum.
19 Praepositi bastagarum.
20 Procuratores linyfiorum.
21 Officium autem suprascripti uiri illustris comitis sacrarum largitionum habet:
22 Primicerium totius officii.
23 Primicerium scrinii canonum.
24 Primicerium scrinii tabulariorum.
25 Primicerium scrinii numerorum.
26 Primicerium scrinii aureae massae.
27 Primicerium scrinii aur*i* ad responsum.
28 Primicerium scrinii uestiarii sacri.
29 Primicerium scrinii argenti.
30 Primicerium scrinii a miliarensi*bus*.
31 Primicerium scrinii a pecuniis, et ceteros scriniarios suprascriptorum scriniorum.
32 Secundocerium officii, qui primicerius est exceptorum.
Böck. p. 43 33 Tertiocerium officii, qui tractat bastagas.
34 Quarto loco libellos tractat, et ceteros palatinos officii suprascripti.
35 Comes largitionum quotiens usus exegerit.

10 p̄p̄ *CPVM* || 19 bastigarum *V* || 23 primicerii *M* || 24 tabularum *P* || 27 aurie *CPV* auriae M || 30 anuliarensis *C* amiliarensis *PVM* || 34 offitiū *M*.

XIV.

Insignia uiri illustris comitis priuatarum.



2 Sub dispositione uiri illustris comitis rerum Böck. p. 44
priuatarum:

3 Domus diuinae.

4 Rationales rerum priuatarum.

5 Bastaga priuata.

6 Praepositi gregum et stabulorum.

7 Procuratores saltuum.

8 Officium autem suprascripti uiri illustris comitis rerum priuatarum habet:

9 Primicerium totius officii.

10 Primiscrinium beneficiorum.

11 Primiscrinium canonum.

12 Primiscrinium securitatum.

13 Primicerium scrinii largitionum priuatarum, et ceteros scriniarios suprascriptorum scriniorum.

14 Secundocerium totius officii, qui tractat chartas ipsius officii, et ceteros palatinos.


15 Comes rerum priuatarum quotiens usus exegerit.

6 stabuloꝝ *C* ‖ 9 primiterium *V* ‖ 13 primiscrinium *M*.

XV.

Comes domesticorum equitum. | Comes domesticorum peditum. Böck. p. 45

3. 4



5 Sub dispositione uirorum illustrium comitum domesticorum equitum siue peditum:

6 Domestici equites,

7 Domestici pedites,

8 et deputati eorum.

9 Comes domesticorum equitum . . . .

10 Comes domesticorum peditum . . . .


3 *om.* *V* || 4 domestiti *V*.

XVI.

Caput, quo de primicerio sacri cubiculi actum erat, librarii culpa omissum est.

XVII.

Böck. p. 47 Sub dispositione uiri spectabilis castrensis[1]).




1) *ita codd. omnes.*

2 Sub dispositione uiri spectabilis castrensis:
3 Paedagogia.
4 Ministeriales dominici.
5 Curae palatiorum.
6 Officium autem suprascripti uiri spectabilis castrensis habet:
7 Tabularium dominicum.
8 Tabularium dominarum Augustarum. Böck. p. 48
9 Adiutorem.
10 Chartularium et scrinium ipsius,
11 et ceteros palatinos officii suprascripti.

6 uiri suprascripti *CPVM* ‖ 10 chartularū *V* ‖ et scrinium ipsius *om.* *V*.

XVIII.

Primicerius notariorum.

2 

Böck. p. 49 3 Sub dispositione uiri [illustris] spectabilis primicerii notariorum:

4 Omnis[1]) dignitatum et amministrationum notitia, tam militarium, quam ciuilium[2]).

1) Omnium *Schonhov.* 2) tam ciuilium quam militarium *Böck.*

1 primiciarius *P* || 4 administrationum *V* || quam militarium tam ciuilium *M.*


5 Scolas etiam et numeros tractat.

6 Officium autem non habet, sed adiutorem[3]) de scola notariorum.

XIX.

Magistri scriniorum.

2—5 Memoriae. Epistolarum. Libellorum. Graecarum.



3) adiutores *Oc. XVI 6.*

5 nuros *M.*

XIX.


1 magister *CPVM* ‖ 2—5 *om.* M^2 ‖ 5 grecorum M^1.

Böck. p. 50 6 Magister memoriae
7 adnotationes omnes dictat et emittit, et precibus respondet.
8 Magister epistolarum
9 legationes ciuitatum, consultationes et preces tractat.
10 Magister libellorum
11 cognitiones et preces tractat.
12 Magister epistolarum graecarum
13 eas epistolas, quae graece solent emitti, aut ipse dictat aut latine dictatas transfert in graecum.
14 Officium autem de ipsis nemo habet, sed adiutores electos de scriniis.

7 aduocationes *V* || distat *M* || 13 greci *V* || dictitatas *M*.

XX.

Proconsul Asiae. Böck. p. 51

2—4


5 **Sub dispositione uiri spectabilis proconsulis Asiae prouinciae infrascriptae:**

6 Asia.

7 Insulae. Böck. p. 52

8 Hellespontus.

9 **Officium autem habet ita:**

10 Principem de eodem officio.

8 hollespontus V.

11 Cornicularium.
12 Adiutorem.
13 Commentariensem.
14 Ab actis.
15 Numerarios.
16 Scriniarios.
17 A libellis.
18 Exceptores et ceteros officiales.
19 Proconsul Asiae . . . .

XXI.

Böck. p. 53

Proconsul Achaiae.



3 Sub dispositione uiri spectabilis proconsulis Achaiae prouincia infrascripta:

4 Achaia.

5 Officium autem habet ita:

6 Principem de scola agentum in rebus ducenarum, qui *a*dorata clementia principali cum insignibus exit transacto biennio. Böck. p. 54

7 Cornicularium.

8 Commentariensem.

9 Quaestorem.

10 Adiutorem.

11 Ab actis.

12 Numerarios.

13 A libellis.

14 Exceptores et ceteros apparitores.


15 Proconsul Achaiae IIII.

5 autem *om.* *M* ‖ 6 ducenar *CPVM* ‖ dorata *CVM* [a]dorata *P*.

XXII.

Comes Orientis.

Böck. p. 55



2—6

7—11

12—16

2 Palaestina.	3 Foenice.	4 Syria.	5 Cyprus.	6 Cilicia.
7 Palaestina secunda.	8 Palaestina salutaris.	9 Foenice Libani.	10 Eufratenses.	11 Syria salutaris.
12 Osrhoena.	13 Mesopotamia.	14. Cilicia secunda.	15 Isauria.	16 Arabia.

17 Sub dispositione uiri spectabilis comitis Orientis prouinciae infrascriptae:

1 *om.* *V* || 6 cicilia *M*² || 10 *sic* *CPVM* || 11 salutais *V* || 12 osrhonna *C* || 13 mesopotamea *V* || 15 lisauria *vel* pisauria *C* || 17 illustris spectabilis *P*.

18 Palaestina.

19 Foenice. Böck. p. 56

20 Syria.

21 Cyprus.

22 Cilicia.

23 Palaestina secunda.

24 Palaestina salutaris.

25 Foenice Libani.

26 Eufratensis.

27 Syria salutaris.

28 Osrhoena.

29 Mesopotamia.

30 Cilicia secunda.

31 Isauria.

32 Arabia.

33 Officium autem uiri spectabilis comitis Orientis habet ita:

34 Principem, qui de scola agentum in rebus ducenarius adorata clementia principali cum insignibus exit.

35 Cornicularium.

36 Commentariensem.

37 Adiutorem.

38 Ab actis.

39 Numerarios.

40 A libellis [1]).

41 Subadiuuas.

1) *Exspectaveris* Cura epistolarum; *nam cum a libellis cognitiones tractet, cura epistularum consultationes (cf. XIX, 10; 8: Oc. XVII, 13; 12), ille in officiis eorum iudicum obuius est, qui ex ordine ius dicebant, hic in officiis eorum, qui ex appellatione iudicabant. Id quoque obseruandum est, nusquam in Not. Dign. nisi h. l. subadiuuas et a libellis in eodem officio reperiri; sed cf. Cod. Iust. I, 27, 1 § 24; 27.*

28 osrhena *C* ‖ 34 ducenār *CPVM.*

42 Exceptores et ceteros officiales.
43 Comes Orientis . . . .

XXIII.

Böck. p. 57

Praefectus Augustalis.

Pictura praecedenti simillima, nisi quod feminae duae, quibus nomina Libyae inferioris et Archadiae adscripta sunt, altera sinistram, altera dextram subleuant.

2—4	Libya superior.	Libya inferior.	Thebais.
5—7	Aegyptus.	Archadia.	Augustamnica.

8 Sub dispositione uiri spectabilis praefecti Augustalis prouinciae infrascriptae:

2. 3 libra *P.*

9 Libya superior.
10 Libya inferior.
11 Thebais. Böck. p. 58
12 Aegyptus.
13 Arcadia.
14 Augustamnica.
15 Officium autem habet ita:
16 Principem, qui de scola agentum in rebus ducenarius adorata clementia principali cum insignibus exit.
17 Cornicularium.
18 Adiutorem.
19 Commentariensem.
20 Ab actis.
21 Numerarios.
22 Cura epistolarum.
23 Exceptores et ceteros officiales.
24 Praefectus Augustalis . . . .

Post 11 rubris litteris officium autem habet ita *inserit P* || 13 archaia *P* || 16 ducenār *CPVM* || exiit *CPVM sed correx. V 2 man.*

XXIV.


Böck. p 59

Uicarius dioceseos Asianae.

2

3—6

7—10



3 Pamphilia. 4 Lydia. 5 Caria. 6 Lycia.
7 Lycaonia. 8 Pisidia. 9 Frigia Pacatiana. 10 Frigia salutaris.

1 diocesios *CV* ‖ 2 *ita M*² *om. V* F·Ł·X· | ĪÑ : TĀL· | COMORD· | ·PR̃·*C*·FŁ· | IÑTAĪ | CAMORD̄ | PR̃·*P* FŁ | IN TAL | COMORD̄ | PR̃ *M*¹ ‖ *in volumine, quod margini libri appositum est, legitur in C:* ς π ω η ξ ο ‖ 9 pacariana *C* pacatiaria *P*.

11 Sub dispositione uiri spectabilis uicarii dioceseos Asianae prouinciae infrascriptae:

12 Pamfylia. Bock. p. 60

13 Lydia.

14 Caria.

15 Lycia.

16 Lycaonia.

17 Pisidia.

18 Frygia Pacatiana.

19 Frygia salutaris.

20 Officium autem uiri spectabilis uicarii dioceseos Asianae habet ita:

21 Principem, qui de scola agentum in rebus ducenarius adorata clementia principali cum insignibus ex*i*t.

22 Cornicularium.

23 Commentariensem.

24 Adiutorem.

25 Ab actis.

26 Numerarios.

27 Cura epistolarum.

28 Exceptores et ceteros officiales.

29 Uicarius Asianae . . . .

20 uiri spectabilis uicarii dioceseos Asianae *om. V* || 21 *rubrica distinguunt CPM* || ducenar̄ *CVM* ducenarum *P* || exiit *CPVM*.

XXV.

Böck. p. 61

Uicarius dioceseos Ponticae.

Pictura praecedenti simillima, nisi quod feminarum capita solis nimbis ornata sunt.

2				F. L̃. INTAL̃L. COMORD̃. ·P̃R·	
3	Bithynia.				
4—8	Galatia.	Paflagonia.	Honorias.	Galatia salutaris.	Capadocia prima.
9—13	Capadocia secunda.	Helenopontus.	Pontus Polemoniacus.	Armenia prima.	Armenia secunda.

14 Sub dispositione uiri spectabilis uicarii dioceseos Ponticae prouinciae infrascriptae:

Böck. p. 62 15 Bithynia.

16 Galatia.

2 *ita CP om. V.* FL | INTALĪ | COMORD̃ | P̃R *M*¹ FL | intalim | comord̃ | P̃R *M*² ‖ 3 bithinea *V* ‖ 7 saiutaris *C* ‖ 11 polemaniacus *C* polemonicus *M*² ‖ 14 pontice bilis *C* ‖ suprascriptae *M*.

17 Paflagonia.
18 Honorias.
19 Galatia salutaris.
20 Cappadocia prima.
21 Cappadocia secunda.
22 Helenopontus.
23 Pontus Polemoniacus.
24 Armenia prima.
25 Armenia secunda.
26 Officium autem habet ita:
27 Principem, qui de scola agentum in rebus ducenar*ius* adorata clementia principali cum insignibus ex*i*t transacto biennio.
28 Cornicularium.
29 Commentariensem.
30 Adiutorem.
31 Ab actis.
32 Numerarios.
33 Cura epistolarum.
34 Exceptores et ceteros officiales.
35 Uicarius Ponticae XII.

27 ducenarum *CPVM* || exiit *CPVM* || transacto biennio *om. V.*

XXVI.


Böck. p. 63

Uicarius dioceseos Thraciarum.

2

3—5

6—8



3 Europa. 4 Tracia. 5 Hemimontus.
6 Rhodopa. 7 Moesia secunda. 8 Scythia.

9 Sub dispositione uiri spectabilis uicarii dioceseos Thraciarum prouinciae infrascriptae:

2 *ita* *M*¹·² *om.* *V* F·L̃· | INTALL̅· | COMORD̃· | ·P·R̃· *C* ·FL̅· | INTALL | CAMORD̅ | ·PR̃· *P* ‖ 3 eurorpa *C* ‖ 9 thracearum *V* ‖ suprascriptae *M*.

Europa.
Thracia.
Haemimontus. Böck. p. 64
Rhodopa.
Moesia secunda.
Scythia.

Officium autem habet ita:

Principem, qui de scola agentum in rebus est.
Cornicularium.
Commentariensem.
Adiutorem.
Ab actis.
Numerarios.
Cura epistolarum.
Exceptores et ceteros officiales.

Uicarius Thraciarum . . . .

XXVII.

Excidit folium unum, quod pagina altera insignia uicarii Macedoniae continebat, altera, quae sub dispositione eius erant.

16 ita *om.* *CPM* || 17 rebus ē ducenar *V* || 25 thraticiarum *V*.

XXVIII.

Böck. p. 67

Comes limitis Aegypti.

2


3. 4

5—7

8

9

10—12



2 Babylonia.
4 Memfi.
5 Pelusio. 6 Pyramides. 7 Thamudena.
8 Archadiana. 9 Andros.
10 Parembole. 11 Theodosiana. 12 Oasi minor.

Insignium inscriptiones praeter 1 om. V || 2 babilonia *P* M^2 || 3 *ita* $M^{1\cdot 2}$ F·L̃·|INTALL̃·|COMORD̃·|P·R̃· *C* FŁ|INTALL|CAMOBD|·PR· *P* || 4 menifi M^1 || 5 peliisie M^2 || 6 pàriamides *P* || 7 tamudena *C* thamutēa M^2 || 8 archadiani *C* archadian $M^{1\cdot 2}$.

13 Sub dispositione uiri spectabilis comitis rei militaris per Aegyptum:

14 Legio quinta Macedonica, Memfi.

15 Legio tertiadecima gemina, Babilona. Böck. p. 68

16 Equites stablesiani, Pelusio.

17 Equites Saraceni Thamudeni, Scenas Ueteranorum.

18 Legio tertia Diocletiana [Thebaidos], Andro.

19 Legio secunda Traian*a*, Parembole.

20 Ala Theodosiana nuper constituta.

21 Ala Arcadiana nuper constituta.

22 Ala secunda Armeniorum, Oasi minore.

23 Et quae de minore laterculo emittuntur:

24 Ala tertia Arabum, Thenenuthi[1].

25 Ala octaua Uandilorum, Nee[2].

26 Ala septima Sarmatarum, Scenas Mandrorum.

27 Ala prim*a* Aegyptiorum, Selle[3].

28 Ala ueterana Gallorum, Rinocoruna[4].

29 Ala prima Herculia, Scenas extra Gerasa[5].

30 Ala quinta Raetorum, Scenas Ueteranorum.

31 Ala prima Tingitan*a*, Thinunepsi[6].

32 Ala Apriana, Hipponos.

33 Ala secunda Assyriorum, Sosteos.

34 Ala quinta Praelectorum, Dionisiada.

1) *scrib.* Terenuthi. 2) Arsinoe? *In regionibus maris rubri, quas militum praesidio omnino caruisse uix credideris, alia statio nulla commemoratur.* 3) Sile *Itin.* Σέλης *Hard. Conc. I. p. 1429.* 4) *scrib.* Rhinocorura. 5) τὰ Γέρρα *Strab. p. 50; 56; 760.* Gerrho *Plin. VI 167.* Γέρρον *Ptol.* Gerra *Tab.* Gerro, Gerra, Gera *Rav.* Γέρας *Sozom. VIII 19.* Γέρρας *Hierocl.* Γέρος *Not. episc. I 719.* 6) Thimonepsi *Itin. scrib.* Tmunepsi; *cf. Brugsch, Geographie des alten Aegyptens p. 190.*

18 diodetiana *V* ‖ 19 traiane *CPV* traianae *M* ‖ perembole *C* ‖ 21 archadiana *CPV* ‖ 25 octaba *CP* octoba *V* ‖ 26 armatarum *M* ‖ scoenas *M* ‖ 27 alae *M* ‖ prime *CPV* primae *M* ‖ 28 rinocorima *P* rhinocornua *M* ‖ 29 horculia *V litt.* i *ex correct. orta* ‖ scena sexta gerasa *P* scoena sextragesara *M* ‖ 30 scoenas *M* ‖ 31 tingitane et hinunepsi *CPV* tingitanae et hinunepsi *M* ‖ 33 assiriorum *CPVM* ‖ 34 dionysiada *M.*

35 Cohors tertia Ga*l*atarum, Cefro[7].
36 Cohors secunda Astarum[7a], Busiris.
37 Prouinciae Augustamnicae:
Böck. p. 69 38 Ala secunda Ulpia Afrorum, Thaubasteos[8].
39 Ala secunda Aegyptiorum, Tacasiria[9].
40 Cohors prima sagittariorum, Naithu[10].
41 Cohors prima Augusta Pannoniorum, Tohu[11].
42 Cohors prima Epireorum[12], Castra Iudaeorum.
43 Cohors quarta Iuthungorum, Affrodito.
44 Cohors secunda It*u*raeorum, Aiy[13].
45 Cohors secunda Thracum, Muson.
46 Cohors quarta Numidarum, Narmunthi.
47 Officium autem habet ita:
48 Principem de scola agentum in rebus ducenar*i*um, qui adorata clementia principali cum insignibus exit.
49 Numerarios[14].
50 Commentariensem.
51 Adiutorem.
52 A libellis siue subscribendarium.
53 Exceptores et ceteros officiales.
54 Comes Aegypti VII.

7) Κεφρώ *Euseb. h. eccles. VII 11.* 7a) Asturum *Böck.* 8) Thaubasio *Itin.* 9) Tacasarta *Itin.* 10) *fort. scrib.* Naisiu *cf. Parthey, Abh. der Berl. Akad. 1858. p. 125.* 11) Thou *Itin.* 12) *fort. scr.* Ituraeorum. 13) Alyi *Itin.* 14) *adde:* et adiutores eorum.

35 gallatarum *CPM* gallatorum *V sed correx.* ‖ 37 augustannice *V* ‖ 39 tacasirita *V* ‖ 40 naithii *V* ‖ 41 tohii *V* ‖ 42 castra frodito iudeorum *P* ‖ 44 itareorum *CPVM* ‖ arii *V* ‖ 48 ducenar̄ *C* ducenarum *PVM* ‖ qui *om. M* ‖ exiit *VM* ‖ 52 siue *om. M* ‖ 54 IIII *CVM* UII *P.*


XXIX.

Comes per Isauriam.

Böck. p. 70

2 — 4

5



6 Sub dispositione uiri spectabilis comitis *rei* militaris per Isauriam et praesid*is*:

1 isauream *M*[2] ‖ 2. 3. 4 *om. V* ‖ 2 *ita M*[1·2] F·L̃ ‖ INTAL̃L̃ | COMORD· | ·PR̃· *C* F̂L̃ | INTAL̄L̄ | CAMOR̄D̄ | PR̂· *P* ‖ 3. 4 tarsium mare *C* tharsus mare *P* ‖ 4 tharsus *M*[1·2] ‖ 6 et praesidis *om. M* et preside *CP* t p̄sule *V*.

7 Legio secunda Isaur*a*.

Böck. p. 71 8 Legio tertia Isaur*a*.

9 Officium autem habet ita:

10 Principem de eodem officio.

11 Cornicularium.

12 Commentariensem.

13 Numerarios.

14 Adiutorem.

15 Ab actis.

16 A libellis.

17 Exceptores et ceteros officiales.

18 Dux[1] Isauriae VI.

XXX.

Folium unum excidit, quod pagina altera continebat insignia ducis Libyarum, altera initium earum rerum, quae sub dispositione eius erant.

Böck. p. 73 1 Numerarios et adiutores eorum.

2 Commentariensem.

3 Adiutorem.

4 A libellis siue subscribendarium.

5 Exceptores et ceteros officiales.

6 Dux Lib*y*arum III[1]).

1) Comes *Böck*.

7. 8 isauria *CPVM* || 13 *om.* *M* || 16 *ante 15 colloc.* *M* || 18 sextus *CPVM*.

XXX.

1) *Ducem eum, qui tot militum numeris imperaret, ut enumeratio eorum spatio unius paginae uix caperetur, pauciores euectiones annuales habuisse, quam omnes reliquos, persuadere mihi non possum; fort. scrib.* VI; *cf. adn. crit. ad XXVIII 54.*


1 humerarios *M* || 4 a libellis *om.* *M* || rescribendarium *C* || 6 librarum *CPVM* || tertius *V*.

XXXI.

Dux Thebaidos.

Böck. p. 74

2—4
5—7
8. 9
10—14
15—18
19—21



3 Filari. 4 Hermunthus.
6 Hermipolis. 7 Lato.
8 Tentyra. 9 Cussa.
10 Oasis maior. 11 Asfinis. 12 Thebas. 13 Apollonos. 14 Syene.
15 Presentia. 16 Diospolis. 17 Lyco. 18 Copto.
19 Copto. 20 Ambos. 21 Maximianopolis.

Insignium inscriptiones praeter 1 om. V || 2 *ita* $M^{1\cdot 2}$ FL· | INTALL | COMORD | PR· *CP* || 4 hermūdus M^{2} || 6 hermupolis $M^{1\cdot 2}$ || 7 lico $M^{1\cdot 2}$ || 8 tentira $M^{1\cdot 2}$ || 9 cusa $M^{1\cdot 2}$ || 11 asfinus *(P)* || 13 appollosia *P* || 14 sieno *C* siena *(P)* || 16 dispolis *C* || 21 maximianopolus M^{2}.

22 Sub dispositione uiri spectabilis ducis Thebaidos:

23 Cuneus equitum Maurorum scutariorum, Lico[1].

Böck. p. 75 24 Cuneus equitum scutariorum, Hermupoli.

25 Equites sagittarii indigenae, Tentira[2].

26 Equites sagittarii indigenae, Copto.

27 Equites sagittarii indigenae, Diospoli.

28 Equites sagittarii indigenae, Lato.

29 Equites sagittarii indigenae, Maximianopoli.

30 Equites promoti indigenae . . . . .

31 Legi*o* terti*a* Diocletian*a*, *O*mbos.

32 Legio secunda Flauia Constantia Thebaeorum, Cusas[3].

33 Legio tertia Diocletiana, Praesentia[4].

34 Legio secunda Traiana, Apollonos superioris.

35 Milites Miliarenses, Syene.

36 Legio prima Valentiniana, Copto.

37 Legio prima Maximiana, Filas.

38 Legio tertia Diocletiana, Thebas.

39 Legio secunda Valentiniana, Hermunthi.

40 Equites felices Honoriani, Asfynis.

41 Ala prima Abasgorum, Hibeos[5] — Oaseos maioris.

42 Et quae de minore laterculo emittuntur:

43 Ala secunda Hispanorum, Poisarietemidos[6].

44 Ala Germanorum, Pescla[7].

45 Ala quarta Britonum, Isiu.

1) Lyco *17.* 2) Tentyra *8.* 3) Cussa *9.* Chusis *Itin.* Χουσαί *Aelian. de nat. an. 10, 27.* Κάσος *Not. episc. I 764.* Ἀκοῦσσα *Hierocl.* 4) Praesidio *Böck. cf. Strab. p. 813* Θηβαική φυλακή; *Ptol.* 5) Ibiu *Itin.* Ibion *Rav.* Νίβις *Steph.* 6) Peos Artemidos *Itin.* Speos Artemidos *Surita.* 7) Pesla *Itin.*

30 indigenarum *V* ‖ 31 legionis tertie (tercie *P*) *CPV* legiones tertiae *M* ‖ diocletionoambos *CP* diocletianoambos *VM* ‖ 34 appollonos (*C*) *M* appolonos *V* ‖ 38 diocletia *CPV* ‖ 41 ṭuṇṭuṇ *add. C* ‖ 43 poisarietenidos *C* poisarieteindos *P* poisarietēidos *VM* ‖ 44 pesela *M* ‖ 45 brittonum *PM.*

46 Ala prima Hiberorum, Thmou [8]. Böck. p. 76
47 Ala Neptunia, Chenoboscia.
48 Ala tertia dromedariorum, Maximianopoli.
49 Ala octaua Palmyrenorum, Foenicionis [9].
50 Ala septima Herculia uoluntaria, contra Lata [10].
51 Ala prima Francorum, contra Apollonos.
52 Ala prima Iouia catafract*ariorum*, Pampane.
53 Ala octaua . . . . ., Abydum — Abocedo [11].
54 Ala secunda Herculia dromedariorum, Psinaula [12].
55 Ala prima Abasgorum, Oasi maiore.
56 Ala prima Quadorum, Oasi minore — Trimtheos [13].
57 Ala prima Ualeria dromedariorum, Precteos.
58 Cohors prima L*u*sitanorum, Theraco [14].
59 Cohors scutata ciuium Romanorum, Mutheos.
60 Cohors prima Apamenorum, Silili [15].
61 Cohors undecima Chamauorum, Peamu [16].
62 Cohors nona Tzanorum, Nitnu [17].
63 Cohors nona Alamannorum, Burgo Seueri.
64 Cohors prima felix Theodosiana, apud Elephantinem. Böck. p. 77

8) Thomu *Itin.* Tinoy *Rav.* 9) Poeniconon *Itin.* Phenice *Tab.* Phinice *Rav.* 10) *scrib.* contra Lato. 11) Abotide *Böcking.* 12) Ψίναβλα *Athan. histor. Arrian. ad monach.* 72. Ψίναφος *Steph.* Psinarni (?) *Rav.* 13) Terenutheos *Böcking, Lepsius; fort. scrib.* Mutheos; *cf. 59; Itin. p. 166.* 14) Hieracon *Wesseling.* 15) Silsili *d'Anville; propter ordinem geographicum h. l. obseruatum praetulerim:* Selino; *cf. Itin. p. 166.* 16) *fort. scrib.* Panu, *sed cf.* Permun *Rav.* 17) Nibiu *Böck.* (?)

46 thinou *P* thunii *V* thimou *M* || 47 neptimia *V* || 49 palmirenorum *P* || fenitionis *C* foenitionis *PV* || 50 uolumptaria *PVM* || contra Lata *om. V* || 51 Ala prima Francorum *om. V* || cĩra *M* || appollonos *PV* || 52 catafractan *CVM* catafractam *P* || 53 abidum *CM* || abecedo *V sed correx.* || 55 abasgarum *V* || minore *V sed correx.* || 56 quadrorum *P* || thrimtheos *V* trũtheos *M* || 58 lysitanorum *CPVM* || 61 XI *CP* || peanui *P* peamũ *M* || 62 zanorum *V* || 63 alamanoiorum *V sed correx.* || 64 Elefantinem *CP.*

65 Cohors quinta Suentium[18] [quinta], Suene.

66 Cohors sexta saginarum[19], in Castris Lapidariorum.

67 Cohors septima Francorum, Diospoli.

68 Officium autem uiri spectabilis ducis Thebaidos habet ita:

69 Principem de scola agentum in rebus.

70 Numerarios et adiutores eorum.

71 Adiutorem.

72 Commentariensem[20].

73 A libellis siue subscribendarium.

74 Exceptores et ceteros officiales.

75 Dux Thebaidos V.

18) Suenensium *Böcking*. 19) *fort. scrib.* Sugambrorum *uel* sagittariorum. 20) *Commentariensis in officiis ducum et comitum adiutorem praecedere solet.*

65 suentuum *P* || 66 capidariorum *M* || 68 thebaide *CV* thebaidae *P* || 69 de rebus *M* || 75 quintus *V*.

XXXII.

Dux Foenicis.

Böck. p. 84

2—5	FL̃. INTAL̄L· COMOR̄D PR̃·	Otthara. *Castellum.*	Euhara. *Castellum.*	Saltatha. *Castellum.*
6—9	Lataui. *Castellum.*	Auatha. *Castellum.*	Nazala. *Castellum.*	Abira. *Castellum.*
10—13	Casama. *Castellum, ex quo caput barbatum eminet.*	Calamona. *Castellum.*	Betproclis. *Castellum.*	Thelsee. *Castellum.*
14—16	Adatha. *Castellum.*	Palmyra. *Castellum.*	Danaba. *Castellum.*	

17 Sub dispositione uiri spectabilis ducis Foenicis:

18 Equites Mauri Illyriciani, Otthara[1]).

19 Equites scutarii Illyriciani, Euhari[2]).

1) Ocurura *Tab.* (?) 2) Eumari *Itin.* Εὐάριος *Not. ep. I 991.* Αὐερία *Ptol.* Εὐαρείας *Hard. Conc. II p. 473.*

Praecedunt in codd. omnibus cap. XXXIV et XXXVII; u. ad cap. XXXIV ‖ 1 foenitis *V* ‖ 2 *ita CP om. V* FL \| INTAL̄ \| COMOR̄ \| PR̃ *M*¹ FL \| intalī \| Comord': \| P̃R̃ *M*² ‖ 4 eubara *P* ‖ 5 salthata *M*² ‖ 6 litaui *M*² ‖ 9 abina *V* ‖ 12 tprodis *V sed add.* be ‖ 13 thelsce *V* \| 15 palmira *VM*¹·² ‖ 16 *om. M*² ‖ 17 foenitis *V* ‖ 18 otthora *V.*

Böck. p. 85 20 Equites promoti indigenae[3], Saltatha[4].
21 Equites Dalmat*ae* Illyriciani, Lataui.
22 Equites promoti indigenae, Auatha.
23 Equites promoti indigenae, Nazala[5].
24 Equites sagittarii indigenae, Abina[6].
25 Equites sagittarii indigenae, Casama.
26 Equites sagittarii indigenae, Calamona.
27 Equites Saraceni indigenae, Betproclis.
28 Equites Saraceni, Thelsee.
29 Equites sagittarii indigenae, Adatha[7].
30 Praefectus legionis primae Illyric*o*rum, Palmira.
31 Praefectus legionis tertiae Gallicae, Danaba[8].
32 Et quae de minore laterculo emittuntur:
33 Ala prima Damascena, Monte Iouis.
34 Ala noua Diocletiana, Ueriaraca.
35 Ala prima Francorum, Cunna[9].
36 Ala prima Alamannorum, Neia.
37 Ala prima Saxonum, Uerofabula.
38 Ala prima Foenicum, Rene[10].
39 Ala secunda Salutis, Arefa[11].
40 Cohors tertia Herculia, Ueranoca.
41 Cohors quinta pacata Alamannorum, Oneuatha.
42 Cohors prima Iulia lectorum, Uale[12] Alba.
43 Cohors secunda Aegyptiorum, Ualle Diocletiana.
Böck. p. 86 44 Cohors prima Orientalis, Thama.
45 Officium autem habet ita:

3) *scrib.* Illyriciani; *nunquam enim indigenae Illyricianos praecedunt.* 4) ΑΛΘΑΟΘΗΝΩΝ *lege* Σαλθαθηνῶν *Wetzstein, Inschr. aus Hauran. Abh. der Berl. Acad. 1863. p. 311.* 5) Nezala *Tab.* 6) Abira *9*; Abila *Pancirolus.* 7) Ἀδάχα *Ptol.* 8) Danauae *C. I. L. III 755.* Danoua *Tab.* Δανάβα *Ptol.* Δανάβων, Danaborum, castri Danabeni *Lequien II p. 847.* 9) Conna *Itin.* 10) Neue *Itin.* Νεύη *Not. episc. I 1020; cf. Lequien Or. christ. II p. 863.* 11) Ἀρφά *Joseph. b. i. III 3, 5.* 12) *scrib.* Ualle.

21 dalmati *CPVM* ‖ 27 betprodis *VM* ‖ 28 theslee *V* ‖ 30 illyriciorum *CM* illiriciorum *P* illyritiorum *V* ‖ 34 diodetiana *M* ‖ 43 uale *V*.

46 Principem de scola agentum in rebus.
47 Numerarios et adiutores eorum.
48 Commentariensem.
49 Adiutorem.
50 A libellis siue subscribendarium.
51 Exceptores et ceteros officiales.
52 Dux Foenicis V.

XXXIII.

Dux Syriae.

Böck. p. 87

2	FL· INTALL COMORD PR·		Seriane.	Occariba.	7. 8
			Castellum.	*Castellum.*	
3. 4	Barbalissus.	Neocaesar.	Matthana.	Adada.	9. 10
	Castellum.	*Castellum.*	*Castellum.*	*Castellum.*	
			Aratha.	Acadama.	11. 12
5. 6	Rosapha.	Sura.	*Castellum.*	*Castellum.*	
	Castellum.	*Castellum.*	Acauatha.	Oresa.	13. 14
			Castellum.	*Castellum.*	

52 foenitis *V* ‖ V *om.* *V.*

XXXIII.

2 *ita CP om. V* FL | INTAL | COMORD | PR *M*[1] FL | intali | Comord. | PR M[2] ‖ 3 barbalissos *V* ‖ 8 aratha *V suprascr.* occariba ‖ 9 maithana *M*[1·2] ‖ 12 achadam *C* ‖ 13 achauata *C.*

15 Sub dispositione uiri spectabilis ducis Syriae et Eufratensis Syriae:

16 Equites scutarii Illyriciani, Seriane.

Böck. p. 88 17 Equites promoti Illyriciani, Occariba [1].

18 Equites sagittarii indigenae, Matthana.

19 Equites promoti [2] indigenae, Adada.

20 Equites sagittarii indigenae, Anatha [3].

21 Equites sagittarii, Acadama [4].

22 Equites sagittarii, Acauatha.

23 Praefectus legionis quartae Scythicae, Oresa [5].

24 In August*a* Eufratensi:

25 Equites Dalmat*ae* Illyriciani, Barbalisso.

26 Equites Mauri Illyriciani, Neocaesar*eae*.

27 Equites promoti indigenae, Rosafa [6].

28 Praefectus legionis sextaedecimae Flauiae firmae, Sura.

29 Et quae de minore laterculo emittuntur:

30 Ala prima noua Herculia, Ammuda [7].

31 Ala prima Iuthungorum, Salutaria.

32 Cohors prima Gotthorum, Helela [8].

33 Cohors prima Ulpia Dacorum, Claudiana.

34 Cohors tertia Ualeria, Marmantarum.

35 Cohors prima uictorum, Ammattha [9].

36 Officium autem habet ita:

1) Occaraba *Tab.* Orarabon *Rav.* Ἀκοράβα *Ptol.* Acorabensis *Hard. Conc. I. p. 316.* 2) *Promoti sagittarios praecedere solent.* 3) Aratha *H.* Arachon *siue* Arachensis *Hard. I. p. 815.* Ἀρχαίων *Lequien Or. christ. II p. 848.* 4) Ἀσαφειδάμα *Ptol.* (?) 5) Ὀρίζα *Ptol.* Oruba *Tab.* Orissa *Rav.* 6) Ῥησάφα *Ptol.* Risapa *Tab.* Risapha *Rav.* 7) Ἀρουδίς *Ptol.* Arulis *Tab.* Araris *Rav.* (?) *sed cf. 35.* 8) Ἀλαλίς *Ptol.* Alalius *Hard. Conc. I p. 314.* Alalorum *Lequien Or. christ. II p. 848.* 9) Ἀλαμάθα *Ptol.* (?) *cf. 30.*

16 syriane *P* ‖ 18 maithana *CM* ‖ 20 añtha *V* ‖ 21 *om. V* ‖ 23 prefecture *CV* praefecturae *PM* ‖ legiones *C* ‖ 24—28 *post 35 colloc. M* ‖ 24 augusto *CPVM* ‖ 25 dalmati *CPVM* ‖ 26 neocesar *CV* neocaesar *PM* ‖ 28 prefecture *CV* praefecturae *PM* ‖ 30 nona *C* ‖ āmuda *CV* amuda *(P) M* ‖ 32 gotiliorum *CVM* ‖ 35 ammaitha *CM* amattha *P* ammatha *V*.

37 Principem [unum].
38 Numerarios et adiutores eorum.
39 Commentariensem.
40 Adiutorem.
41 A libellis siue subscribendarium. Böck. p. 89
42 Exceptores et ceteros officiales.
43 Dux Syriae V.

43 quintus *V*.

XXXIV.

Dux Palaestinae.

Böck. p. 78

2—5

6. 7


8. 9

10

11. 12

13—15

16



3 Menoida. 5 Berosaba.
6 Chermula. 7 Zoara.
8 Zodocatha. 9 Sabaia.
10 Birsama.
11 Robatha. 12 Hauare.
13 Ueterocania. 14 Mohaila. 15 Aelia.
16 Aila.

Folia coniuncta duo, quae cap. XXXIV et XXXVII continebant, in archetypo suo loco mota et ante cap. XXXII inserta sunt, quem locum in omnibus codd. nostris obtinent. ‖ 2 *ita* $M^{1 \cdot 2}$ *om.* *V* FL | INTALL | COMORD | PR *CP* ‖ 3 menosoa *C* menochia $M^{1 \cdot 2}$ ‖ 4 *om.* *V* ‖ 5—7, 10, 15 *post 17 colloc.* *V* ‖ 5 benosaba $VM^{1 \cdot 2}$ ‖ 8 zodochata *CP* ‖ 10 birsania *V* ‖ 12 lauare *V sed correx.* ‖ 13 ueterocama $PM^{1 \cdot 2}$ ueterocaña *V* ‖ 14 moahila M^{1} moabila M^{2}.

17 Sub dispositione uiri spectabilis ducis Palaestinae:

18 Equites Dalmatae Illyriciani, Benosabae 1). Böck. p. 79

19 Equites promoti Illyriciani, Menochiae 2).

20 Equites scutarii Illyriciani, Chermulae.

21 Equites Mauri Illyriciani, Aeliae.

22 Equites Thamudeni Illyriciani, Birsama 3).

23 Equites promoti indigenae, Sabaiae 4).

24 Equites promoti indigenae, Zodocathae 5).

25 Equites sagittarii indigenae, Hauanae 6).

26 Equites sagittarii indigenae, Zoarae.

27 *Equites sagittarii indigenae, Robatha* 7).

28 Equites primi felices [sagittarii indigenae] Palaestini, Sabure 8) siue Ueterocariae 9).

29 Equites sagittarii indigenae, Moahile 10).

30 Praefectus legion*is* decimae Fretensis, Ailae.

31 Et quae de minore laterculo emittuntur:

32 Ala prima miliaria Sebastena, Asuada 11).

33 Ala Antana 12) dromedariorum, Admatha 13).

34 Ala Constantiana, Toloha.

35 Ala secunda felix Ualentiana, apud Praesidium.

36 Ala prima miliaria, Hasta 14).

1) Berosaba *5*. 2) Menoida *3;* Μηνοΐδος *Hard. Conc. II p. 401. Minoidis l. l. p. 459.* Μηνοΐς *Euseb. onom. urb. sacr. scr.* Moenoenum castrum *C. Th. VII 4, 30.* 3) Σάλτων Γεραϊτικὸς ἤτοι Βαρσάμων. *Not. episc. V 108* Βέρζαμμα *Ptol.* Uersaminum castrum *C. Th. VII 4, 30.* 4) Σαβαί *Steph. Byz.* 5) Zadagatta *Tab.* Ζανάαθα *Ptol.* 6) Hauare *12*. Hauarra *Tab.* Αὐάρα *Ptol.* Αὔαρα *Steph. Byz.* 7) *cf. 11.* Ῥοωβώθ *Euseb.* 8) Σαπφουρεῖ *Ptol.* Σάπφωρα *Ios. ant. XIV 5, 4.* Σεπφώρις *Ios. passim.* 9) Καρκαρία *Euseb.* 10) Mohaile *14; fort. scrib.* (Charac-) Moab – Ailae. 11) Ασαραδδά *Euseb.* Asadada *versio lat. Hier.* Ἀνουάθ *Ios. bell. iud. III 3, 5.* 12) Antoniniana? 13) Ἀμμαθά *Euseb.* Amathar *Hier.* ἐν Ἀμαθοῖς *Ioseph. ant. iud. XVII 10, 6.* 14) Ἀσθώ *Euseb.* Asta *cod. Leid. Hier.*

20 scrutarii *P* ‖ 22 thamudetii *M* ‖ birsania *V* ‖ 28 palestine *P* ‖ subure *V* ‖ 29 moabile *M* ‖ 30 legionum *CPVM* ‖ frecensis *V* ‖ 31 latercule *V* ‖ 34 coloha *V*.

37 Ala Idiota constituta [15].

38 Cohors duodecima Ualeria, Afro.

39 Cohors decima Carthaginensis, Cartha.

Böck. p. 80 40 Cohors prima agentenaria [16], Tarba [17].

41 Cohors quarta Frygum, Praesidio.

42 Cohors secunda Gratiana, Iehibo.

43 Cohors prima equitata, Calamona.

44 Cohors secunda Galatarum, Arieldela [18].

45 Cohors prima Flauia, Moleatha [19].

46 Cohors quarta Palaestinorum, Thamana [20].

47 Cohors secunda Cretensis, iuxta Iordanem fluuium.

48 Cohors prima salutaria, inter Aeliam et Hierichunta.

49 Officium autem habet ita:

50 Principem de scola agentum in rebus.

51 Numerarios et adiutores eorum.

52 Commentariensem.

53 Adiutorem.

54 A libellis siue subscribendarium.

55 Exceptores et ceteros officiales.

56 Dux Palaestinae V.

15) Ala prima Iota constituta *Böck. fort. scrib.* Ala prima quingenaria Iota constituta. 16) centenaria *Gelen. cf. XXXVI 35.* cohors quinquagenaria. 17) Θαμαρὰ κώμη — ἥτις νῦν φρούριόν ἐστι τῶν στρατιωτῶν *Euseb.* Θαμάρω *Ptol.* Thamaro *Tab.* Thamara *Rav.* 18) Ἀρίνδηλα *Hierocl.; Not. Episc. 1, 1000; 5, 127; Steph. Byz.* Ἀριδήλων *Hard. Conc. I. p. 1428.* 19) ἐν Μαλάθοις *Ios. ant. iud. XVIII, 6, 2;* Μαλαάθ, Μαλαάθοις, Μαλαθών *Euseb.* Μαλιάτθα *Ptol.* 20) Θαιμάν, ἀπέχουσα Πετρῶν ἀμφὶ τὰ ιε′ σημεῖα, ἐν ᾗ καὶ ἐγκάθηται στρατιωτικόν. *Euseb.* Θάνα *Ptol.* Thornia *Tab.*

40 argentenaria *C* ‖ 41 frigum *CPV* phrygum *M* ‖ 42 ihehibo *V* ‖ 43 calamonia *P* ‖ 44 galatharum *CPVM* ‖ 46 IIII *CPV* ‖ 47 iordanen *M* ‖ 48 hierichumta *V* ‖ 54 rescribendarium *C* ‖ 56 palastine v[u] *V*.

XXXV.

Dux Osrhoenae.

Böck. p. 89

2—4	FL INTALL COMORD PR	Gallaba.	Callinico.	
		Castellum.	*Castellum.*	
5—8	Dabana.	Banasam.	Syna Iudeorum.	Oroba.
